









1666, 41<sup>a</sup> 20

I. N. D. N. J. C.  
DISSERTATIO JURIDICA, 29.  
DE

ACTIBUS ET CON-  
TRACTIBUS CORRE-  
SPECTIVIS.

*Quam*  
Divinâ favente Gratiâ

MAGNIFICO JCTORUM ORDINE IN ILLU-  
STRIBUS ATHENIS SALANIS PERMITTENTE,

*Sub*  
PRAESIDIO

DN. GEORG-ADAMI *Struben*

Haereditarii in *Uhlstedt* / Jcti & Antecessoris in hac Uni-  
versitate celeberrimi, Consilarii Saxonici, Facultatis Juridicae p. t.  
Decani & Senioris gravissimi, Curiae Provincialis, & Scabi-  
natus Adfessoris splendidissimi.

Patroni atque Doctoris sui aetatem venerandi.

PUBLICAE ERUDITORUM DISQUISITIONI

*subjicit*

GEORGIUS FRIDERICUS *Schaller*

Trebrâ Thuringus

ad d. Julii A. O. R. c1o 1oc LXVI.

In Auditorio Jctorum

*Horu Locog, consuetis.*

JENAE excudebat JOHANNES JACOBUS BAUHOFFERUS.





DISSEMINATIO JURIS  
AGRI ET CON  
TRACTIBUS CORRE  
SPECTIVA  
Dionis in hoc libro  
MAGNIFICUS POTERITUS IN ILLI  
STRIBUS ALEXANDRI  
PRASIDIUM  
DR. GEORG-ADAM  
tractatus in libris Ioh. de Amic. hoc in hoc libro  
veritate exponitur, Consuetudinibus, Facultatibus, Privilegiis, p. 1.  
Fecit & rectorum, Curia, Privilegiis & scriptis  
non adhibentur, et alibi  
Pars prima Doctoris in hoc tractatu  
TRACTATUS AD VOTUM  
JOHANNES  
GEORGII JURISCONSULTI  
Ioh. Ioh. Ioh.  
in hoc libro  
TRACTATUS AD VOTUM







HOC

DEO Principium sit & me-  
dium & terminus. Nov. 109. in pr.



Ec raro nec injucundè memoriam ejus  
temporis repeto, quò primò in congressu  
VIRI ILLUSTRIS ATQUE EXCELLENTISSIMI  
DOMINI WOLFGANGI CUNRADI à Thumshirn /  
HAEREDITARII DOMINI in Ponitz /  
Mobitz / Lohma / Frauendorf / &c. SERENIS-  
SIMI SAXONIAE DUCIS LINEAE ALTENBUR-  
GENSIS CONSILIARII INTIMI EMINENTISSIMI, CANCELLARII  
SPLENDIDISSIMI, REDITUM PER INCLYTOS DUCATUS DIRECTO-  
RIS SUPREMI, &c. DOMINI MEI PERQUAM GRATIOSI AC PRO-  
MOTORIS OPTIMI MAXIMI, cum alia multa, tum illud licuit fe-  
licitatis haud postremum usurpare, generosam consilii, quò in  
studia nostra utebatur rectitudinem, amplissimamq; judicii de-  
xteritatem. Quibus subinde non admiranda solùm, sed ad po-  
steritatis quoq; memoriam insignis accedebat humanitas. Cum  
enim quæ reliqua, quæ abundanter pollet, supra communem  
hominum evectus videatur sortem, sola tamen humanitas facit,  
ne exemptum humanitati arbitremur. Summa est magnisq; il-  
lustrata Virtutibus: adeò, ut anteferatur Huic nemo, pauci imò  
vel nulli pares putentur. Rarum Decus & adversus seculi mo-  
res nominandum. Quibus enim deprædicare modis dignè  
queam amplissimum limatissimi judicii fructum? De hoc sanè,  
ut verba Sallustii mea faciam, tacere longè præstat, quam pauca  
dicere. Nec ego cuncta meis amplecti reculis opto. Tanti  
namque Viri, (quem multò famigeratissimum Jurisprudentiæ  
Antistitem nostram ferre ætatem, verè videor posse contende-  
re) meæ indolis tum Exploratoris consiliò instructus vide-  
bar certè

A 2

bar certè





bar certè mihi maximò cum fœnore inde redire. Quò  
ipsò infimul fiebat, ut & in hujusmodi argumentò, quod  
ab Hoc præsertim Virò, in exemplum præcipuæ com-  
mendationis ibat, vires ingenii defatigari dignum judica-  
rem; ut obsequii approbandi, ita habendæ gratiæ deside-  
riò. Et quamvis partim ingenii verecundiâ, partim quia se-  
culò Judiciorum fœcundissimò arrectæ in omnia obtrecta-  
tionis pertæsus, nunquam tale quid subire animum induxe-  
ram; obsequium tamen, quò Ipsum suspicere fas est, effecit  
& pietas, ut non refugerim ea tractare, quæ Ipsemet, quem  
scilicet dixi mihi Principem hujus argumenti extitisse, cala-  
mo imperare sategit. Cui enim omnia debere mihi videor, ei  
cur aliquid à me negari æquum putem? Quæ potissimum causa  
est, cur præsentem de ACTIBUS ET CONTRACTIBUS CORRESPE-  
CTIVIS materiam longè difficillimam publicæ eruditorum cen-  
suræ submittere contigerit. Quanquam verò nullus inficia-  
bor, huncce qualem qualem ingenii conatum vix ullius re-  
spondere expectationi, nedum voto; testari tamen de cœte-  
rò poterit, omnia me paratissima ad obsequia Tanti Viri  
præstò fuisse exhibiturum. Hoc ergò in præsens contentus  
esto, Lector æque; nam plura persequi tum angustia pagella-  
rum, intra quam nos coarctavimus, prohibet, tum festinatio,  
ut ea explicem, quæ exorsus sum. Quod dum facio, Supre-  
mi Numinis, in cujus nomine ad omnia consilia omnesque  
actus semper progrediendum *l. 2. pr. C. de Off. præf. Prat. Afr.*  
qui & res penitùs desperatas donare & consummare suæ Vir-  
tutis magnitudine potest *l. 1. §. 2. in f. C. de V. l. E.* felicissimum  
invoco auxilium, ut huic dissertationi promptum suæ Clemen-  
tiæ præbere velit præsidium: bene enim universa geruntur,  
si rei principium fiat decens & amabile Deo Nov.

*6. in pr. Sit itaque*

**Sc&io.**





# Sectionis Prioris

## CAP. I.

### Definitionem tam nominalem quam realem exhibens.

FACTURUS actuum atque Contractuum correspectivorum interpretationem, necessariò priùs à vocabuli origine rependum existimo : non qui avelim verbosam nunc dissertationem conscribere ; sed quia in omnibus rebus animadverto id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constaret *l. 1. pr. de O. I.* Et certè Juri operam daturum prius nosse oportet, unde nomen juris descendat *ULP. in l. 1. pr. ff. de l. & I.* Quin ipsa vis ac substantia rerum ex proprietate nominum investigatur *ANT. FABER. in ration. de l. & I. lit. b.* Unde non Paulus solùm *l. 1. ff. de furt.* priùs nominis, postea rei definitionem tradidit ; sed & reliquos Jurorum in perscrutandis nominibus haud parum desudasse constat ex *l. 1. §. 1. ff. de Pact. l. 2. §. 2. de R. C.* Quorum & ego vestigia legens, dissertationis hujus vestibulum, ne illotis, ut ita dixerim, manibus, præsentem materiam tractem, brevem vocabuli CORRESPECTIVI sc. explanationem, ut nonnullis leve visum iri putem, esse volui, utpote quæ libentius nos ad lectionem propositæ materiæ producit, & cum ibi venerimus, evidentiolem præstat intellectum *d. l. 1. inf. ff. de O. I.* Est itaque CORRESPECTIVUM nomen verbale compositum ex præpositione inseparabili con, quæ exponitur pro simul *arg. l. 19. ff. de V. S. & l. 11. pr. ff. de duob. reis const.* & hoc vocabulo respectivum, descendens à supino verbi respicio ; cujus varias significationes si quis cognoscere avet, is evolvat, quæ in hanc rem passim tractare amant Lexicographi. In Jure nostrò vocabulum respicere pro pertinere usurpatum legitur *in l. 19. ff. de Pecul.* Et respectus apud Canonistas frequenter pro ratione, quâ ad aliquid agendum movemur, adhibetur. *JACOB. SPIGEL. in Lex. Jur. sub vocab. respectus.* Sic quoque eadem *l. 19. respectu mariti institutus dicitur*



- dicitur, qui contemplatione & intuitu ejus hæres factus, ut notat CALVIN. in *Lex. Jurid. ad vocab. respectus*. Quæ etiam acceptio in præsentī propria & nobis convenientissima videtur.
3. Synonyma vocabuli Correspectivi interdum leguntur: annexum sive connexum, quæ tamen duo semper conjunctim observare licuit, vide DECIS. ROT. ROM. p. 3. lib. 3. dec. 1160. n. 6. DN. BERLICH. p. 2. decis. 175. n. 5. Item reciprocum apud BARBOS. lib. 2. vot. decis. 6. n. 29. Verum inter ista adhuc non nihil esse differentię nemini non apertum esse videtur. add. TUSCH.
  4. in *concl. pract. lit. C. concl. 1043*. Non etiam præterea desunt qui Correlativum, quod nihil aliud dicitur esse, quam duorum vel plurium ad invicem relatio, vel, plurium ultrò citròque repræsentativum D. BABT. DE S. BLASIO in *tract. de Correlat.*, in ejusdem significatu & quidem, ut videtur, convenientius quodammodo adhibere amant DN. HAHN. ad *Wesemb. in tit. de præscr. verb. & in fact. act. n. 20*. In Logicis illud aliàs verum dicitur correlativum sive correlatum, quò relicto, reliquis autem omnibus, quæ ipsi accidunt negatis aut sublatis, relatum semper ad illud refertur ARISTOT. lib. *Categ.* 7. §. 14. Relativa verò, quæ appellari solent relativa secundum esse, ARISTOT. d. l. §. 28. dixit, ad aliquid ea sunt, quorum hoc ipsum est esse, ad alia quodammodo referri. ZABARELL. de *Reb. Natur. lib. 1. c. 6*. ut adeò relativorum propriè dictorum totum esse consistat in relatione ad aliud tanquam pure terminum, uti hoc eleganter explicavit B. DN. ZAPFFIUS P. P. *Præceptor olim meus, nunc verò etiam mihi post fata colendus in Collegio quodam Pansophico Lectorio - examinatorio - disputatorio tum temporis à me habito, & Excellent. DN. M. GEORG. GÖZZE Professor Moral. Publ. Patronus, Præceptor atq; affines meus nunquam non non orandus, & cui lubens qualem qualem meam Studii Philosophici notitiam gratà mente in acceptis refero, in Colleg. Log. cui & multis insuper aliis gratis, ne quid hic dissimulem, interesse licuit.* Verum diversa itidem materia Correlativorum à Correspectivis esse censetur, de quibus TUSCH. *Concl. Pract. lit. C. concl. 1041. & seq.* In Correlativis siquidem, ut unicam addam differentiam proceditur per viam extensionis JASON in l.
  - 5.



in l. fin. n. 18. cum pl. seq. C. de ind. viduis. toll. In correspe-  
ctivis autem non tractatur de extensione, quia partes unum  
faciunt contemplatione alterius, & sic unum est causa al-  
terius; inde etiam est, quod sublatō unō, corruat & aliud.  
DECIS. ROT. ROM. p. I. dec. 677. n. 8. Explicatis h. m. voca- 7.  
bulis ACTUS CORRESPECTIVOS nihil aliud, quam actus plures  
in continenti congruo loco & tempore subsecutos sive subor-  
dinatos esse dico, ita ut unus censeatur contemplatione alte-  
rius factus, jurisque interpretatione alteri insit l. 7. §. 5. ff.  
de Pact. l. 40. vers. dicebam ff. de R. C. c. officii 38. X de Elect. l. 1. §.  
6. ff. quar. rer. act. non datur. TUSCH, lit. C. cond. 1043. n. 1. &  
seq. LUDOV. POST. in Decis. Rot. Rom. ad tract. mandati de manu- 8.  
ten. decis. 58. n. 20. Nota verò inprimis hīc, quod dicitur: in  
continenti. Quid enim in continenti fieri dicatur, de hoc  
maxima inter Dd. lis est, præsertim in materiā Exceptionum  
quæ si in continenti probari possunt, contra instrumenta et-  
iam liquida & paratam executionem habentia moribus no-  
stris admittuntur. FEL. in c. exceptionem 12. de Except. WESENB.  
in Cod. tit. de Except. & præscr. n. 7. FIBIG. in processu suo p. 58.  
Quidam enim dictionem: in continenti; ut & hæc vocabula: 9.  
mox illicò, statim, confestim; de propriā suā significatione  
momentum temporis præsens, sine aliquò intervallō impor-  
tare dicunt. BART. in l. 1. n. 33. ff. de R. C. & in l. 3. n. 2. ff. ut in  
pos. leg. serv. causa. add. l. 7. §. 5. ibi: sed statim. ff. de Pact. l. 3. §. 9. ff.  
de vi & vi arm. l. 11. C. de pos. Quod probari videtur ex l. continuus  
137. junctā GLOSSA ff. de V. O. l. 1. §. 1. ibiq; GOTHOF. lit. I. ff. eod. Ubi  
actus stipulandi & promittendi debet esse continuus, non in-  
terpellatus, ita, ut partes ad alia interim negotia disce-  
dant. MAGNIF. ATQUE NOBIL. DN. PRAESES, DOCTOR  
ATQUE PROFESSOR IN HAC SALANA PUBLICUS LONGE  
CONSUMMATISSIMUS, PATRONUS MEUS ATQUE PRAECEPTOR Æ-  
TATEM SUO MERITO VENERANDUS in S. I. C. Ex. 47. th. 3. Hoc  
enim obligationem redderet inutilem d. l. 1. §. 1. ff. de V. O.  
add. l. 29. ff. de condit. & demonstr. l. 7. §. 5. quinimò §. ff. de Pact.  
l. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. 6. ff. quarum rer. act. non das.  
ubi dictiones hæc: incontinenti & intervallo; sibi invicem  
oppo-



10. *Oppositas legimus.* Proinde satis liquere arbitror, in continenti idem esse ac confestim illicò, nec ullò tempore interiectò vel interpositò intervallò *d. l. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm. l. 17. ff. eod. Sim. schard. in Lex. sub vocab. ex continenti.* Imò, quando de mente disponentis aliter non constat, in dubio verbum: in continenti; de præsentis temporis momentò est accipiendum *BART. in l. 1. n. 33. ff. de R. C. DN. CARPZ. lib. 2. Resp. 6. n. 44.* Econtra verò quod dictio: in continenti; non præcisè de momentò temporis intelligenda sit; sed cum aliquò temporis spatiò accipienda, colligi potest ex *l. 1. §. 8. verb: in continenti ita accipiendum est cum aliquo spatio ff. ad L. Falcid.* Et hoc ut glossa ad *d. l. 1.* notat, neque maximum neque minimum sit, sed quod magis intellectu percipi, quam elocutione exprimi potest *l. 12. ff. rem rat. hab. l. 13. ff. de solue.*
12. Unde licet statim post interpellationem debitoris mora fieri intelligatur *l. 32. pr. ff. de Usur.* illud tamen spatium, quod solvere debuit, arbitrari boni Viri relinquendum esse censemus *arg. l. 5. §. stipulatio. 1. de Collat.* Illud enim, quod fit paulò ante vel paulò post, etiam in continenti factum præsumitur *DN. BRUNNEMAN ad l. bonæ fidei 13. C. de pact.* Sic Pater filiam, dum adulterum occidit, profugientem, & interpositis horis apprehensam, in continenti videbitur occidisse *l. 23. §. 4. ff. ad l. Jul. de Adult.*
13. Secundum alios ergò tum immediatè post alium actum, aut intra mediam horam, tum unò eodemque die, aliquid in continenti facere dicimur *TUSCH. lit. 1. concl. 80. n. 2. & seq.* factum enim eodem die, licet unum sit factum de mane, aliud de sero; dummodo eodem die factum sit, dicitur factum, nedum in continenti, sed factum simul. *BART. in l. in operis 26. ff. locat. TUSCH. d. l. n. 4.* Et hoc procedit, antequam contrahentes ad alia negotia divertant *DN. BRUNNEM. ad d. l. 13. C. de Pact.*
14. Nonnulli etiam præterea factum in continenti autumant dici de eò, quod factum (3.) intra triduum *arg. l. fin. in verb. illicò, id est, intra triduum proximum. C. de Judic. junctà l. fin. ibi: ex continenti, hoc est, triduo proximo, & c. C. de Error. Advoc. MAGN. DN. PRAESES Ex. 7. th. II. in f. add. l. un. ff. de glande. l. 9. §. 1. ff. ad Exhib. (4.) intra descendium*



70  
1  
de

endum arg. l. 21. §. 1. ibi: *confestim tecum agi poterit; sed modicum tempus statuendum est, non minus decem dierum, ut exactio celebretur.* ff. de const. pecun. (5.) intra tredecim dies CRAVETT. conf. 156. n. 17. (6.) intra quindecim dies arg. c. 1. de rest. spol. in 6. CONSTIT. ELECT. 6. p. 1. (7.) post aliquot septimanas MODEST. PISTOR. conf. 40. n. 124. p. 444. col. 2. Quin alii denique 15  
(8.) duos vel tres menses l. 45. §. 10. l. 46. §. 4. ff. de Jure fisci. (9.) menses quatuor l. fin. §. 1. C. de Usur. rei jud. Et tandem (10.) spatium istud sex septimanarū & trium dierum DN. CARPZ. Jurispr. for. p. 1. const. 26. def. 10. n. 8. FIBIG. in proc. Jur. p. 88. hac locutione intelligi volunt. Plerique verò hujus tem- 16  
poris determinationem arbitrio boni Viri, vel Judicis moderamini relinquendum esse cessent. CRAVETT. conf. 156. n. 17. TUSCH. d. l. n. 12. & 13. DN. CARPZ. lib. 2. Resp. 6. n. 44. Atque 17  
sic, cum adeò certum non sit, nec satis constet nobis quodnam temporis intervallum per dictionem: in continenti; intelligatur, utique etiam indubitato affirmari nequit, quantum sc. temporis spacium ad actus correspondivos, ut in continenti facti dicantur, præcisè requiratur. Communiter ta- 18  
men actus vel contractus duo censentur Correspondivi ad invicem, & unus alterius gratiâ factus; nedum quando unico contextu fiunt, & in continenti unus post alterum immediate celebratur BALD. in l. petens 27. C. de Pact. DEC. conf. 245. n. 5. conf. 336. n. 2. conf. 562. n. 4. conf. 636. n. 8. CRAV. conf. 298. n. 13. conf. 639. n. 2. conf. 153. n. 8. TUSCH. lit. C. concl. 1043. & 1044. pr. Sed etiam quando unus brevi tempore alterum subsequitur. 19  
JOH. SEB. GAMBS. in Thes. Jurispr. Axiom. lib. 3. c. 71. JACOB SCHULT. in Loc. commun. in voce Contractus n. II. CRAV. conf. 156. n. 17. conf. 245. n. 2. conf. 356. n. 1. conf. 411. n. 25. conf. 153. n. 8. ibi: *etiamsi non in Continenti fiant, sed brevi tempore.* add. TUSCH. l. C. concl. 1043. n. 2. ibi: *& actus dicuntur correspondivi, quando sunt subordinati unus ad alterum, & presumuntur facti congruò locò & tempore.* Et hoc procedit, licet uno die unus, & die se- 20  
quenti alter actus vel contractus fieret, puta, soror uno die cedit bona paterna, & die sequenti fratres pro ea marito constituunt dotem, censetur facta cessio bonorum paternorum

B non



non gratis, sed respectu & contemplatione illius constitutionis dotis ANCH. *cons.* 434. vol. 1. in f. quem citat. & sequitur alleg. JACOB. SCHULT. d. l. add. TUSCH. lit. C. concl. 1044. n. 5. qui cum CRAV. *cons.* 411. n. 19. hoc ulterius extendit dicens: quod etiam post tredecim dies dicatur factum in continenti ad inducendam cor-  
21 respectivitatem in materiâ suspectâ. Nec minus in continenti fieri dicitur, quod fit ex intervallo, quando ab initio conventum est, ut illud fieret. CRAV. *cons.* 156. n. 19. Nec interest utrum actus in continenti secutus cum aliâ personâ agatur,  
22 modò circa idem negotium sit. ALEX. *Cons.* 25. l. 2. CRAV. *cons.* 461. n. 63. *cons.* 949. n. 19. Quantum igitur ad præsens isti actus non tantum correspectivi veniunt dicendi, qui quasi eodem temporis puncto sunt facti; sed & quorum contextus & vicinitas, licet quodammodo durent, inducit correspectivitatem: maximè verò si invicem respondeant, unusque propter alterum sit celebratus. Hæc de Explicatione Nominis. Sequitur nunc

## CAP. II.

### Nonnullas regulas generales tradens.

His, quæ Nomini debebamus, nunc visis, haud omninò alienum à proposito nostrò videtur fore, si hoc in capite paucis adhuc de naturâ Correspectivorum disquiramus, eamque Lectori regulis, mox sequentibus, iisque notabilioribus exquisitiorem quodammodo reddamus. Sit itaque REGULA  
I. Duo vel plures actus in continenti, eodem contextu eodem die & locò, coram eisdem testibus & notariò, in eodemque instrumentò facti, regulariter præsumuntur CORRESPECTIVI l. 40. vers. dicebam ff. de R. C. l. 7. §. 5. ff. de Pact. l. si ven-  
tri in f. ff. de Privil. Cred. l. 20. ff. de Vulg. & pup. subst. l. 23. C. de testam. l. 21. §. 28. ff. qui test. sac. poss. BALD. in l. Petens 27. n. 49. C. de Pact. & ibi DEC. n. 3. DECIS. ROT. ROM. p. 3. lib. 3. dec. 1160. n. 5. & p. 1. dec. 677. n. 7. ALEX. *cons.* 90. n. 8. lib. 3. DEC. *cons.* 245. n. 5. *cons.* 279. n. 7. *cons.* 562 n. 4. *cons.* 606. n. 10. *cons.* 636. n. 8. CRAVETT. *cons.* 245. n. 3. *cons.* 246. n. 3. *cons.* 298. n. 13. *cons.* 356. in pr. *cons.* 411. n. 25. *cons.* 461. n. 63. *cons.* 949. n. 18. *cons.*



conf. 805. num. 12. BARBOS. *Axiom. Jur. Usur.* 9. ax. 12. num.  
15. LUDOV. POST. *Decis. Rot. Rom. ad tract. mandati de manu-*  
*ren. dec. 58. n. 9.* JASON *conf. 230. vol. 2. n. 22.* SURD. *in tract.*  
*de alimentis tit. 1. q. 42. & 49.* FRANC. CARD. MANTICA *de ta-*  
*cit. & ambig. convent. l. 2. tit. 3. n. 20.* BORGN. CAVALC. *de con-*  
*tract. p. 2. dec. 20. n. 4.* FELIN. *in c. pastoralis 14. n. 7. X. de Rescript.*  
TUSCH. *lit. C. cond. 1044. n. 1. & seq.* Item: quando duo vel plu-  
ra instrumenta in continenti, eodem die & loco facta sunt,  
ea correspectiva & unum contemplatione alterius celebra-  
tum censetur, aut unum ad aliud refertur ex BARTOLO, MYN-  
SING. *decad. 14. resp. 4. n. 65. & seq.* MANTICA *lib. 3. tit. 15. n. 48.*  
Et de illis ambobus non aliter atque de unico actu & instru-  
mento judicari oportet CASP. KLOCK. *Tom 2. conf. 69. n. 60. &*  
*seq.* etiamsi separatim rogata fuerint, unumque expressè al-  
terum non referat LUD. POST. *d. dec. 58. n. 8.* huc spectat & il-  
lud: ex vicinitate scripturarum mentem disponentis declarari  
*l. 50. §. fin. ff. de leg. 1.* Et hoc, quod diximus, non solum est  
verum respectu actuum, sed etiam separatorum contractuum  
CRAVETT. *d. conf. 356. in pr.* TUSCH. *lit. C. cond. 1044. n. 2.*  
Quando ergo plures contractus in continenti eodem die & lo-  
co, coram iisdem testibus & notario fuerint ex eadem causa  
(secus si esset causa penitus diversa LUD. POST. *d. l. decis. 58. n. 9.*)  
celebrati, isti judicantur correspectivi, quamvis non dicatur  
inter partes, quod secundus fiat propter primum; tamen  
presumitur, quod unus sit factus alterius gratia & quod invi-  
cem correspondeant. ALB. BRUN. *in mat. Feud. conf. 118. n. 8.*  
Correspectivus enim contractus sequens ex tempore brevi,  
i. e. respectu contractus precedentis factus sequens presumi-  
tur *l. si ventri §. fin. ff. de Privil. Cred. CRAV. conf. 805. n. 12.* Et  
similiter pacta in continenti apposita (quod æquè dicendum  
est, si plura in eodem fiant instrumento CRAV. *conf. 949. n.*  
*19.* TUSCH. *lit. C. Concl. 1044. n. 1. & Concl. 1043. n. 3.* BORGN. CA-  
VALC. *de Contract. p. 2. decis. 37. n. 12.*) juxta contractum cen-  
sentur correspectiva, in idemque factum reflexa. *l. si ventri*  
*§. ult. cum glossa ff. de privileg. Cred. arg. l. 1. §. 5. & 6. ff. quan.*  
*rer. act.* ALEX. *conf. 90. n. 8. lib. 3.* TUSCH. *lit. 1. concl. 81. n. 5. &*  
B 2 lit. C.



- lit. C. concl. 1043. n. 8. TIRAQUELL. de Retract. lignag. §. 23. gl. 1.  
 5 n. 3. & seq. 8. quem sequitur SURD. cons. 217. n. 28. Sed hæc procedunt in casu dubio, & ideo ex conjecturis (ex his enim aliquid evidenter constare dicitur in l. 74. ff. de leg. 1. PET. PAUL. PARIS. in l. hæredes 1. de Vulg. & pup. subst. n. 55.) ab hac præsumptione recedit CORN. cons. 283 n. 10 lib. 4. idem notat TUSCH. lit. C. concl. 1044. n. 3. Si enim contractus vel pactum est subsecutum, postquam alius seu contractus est conclusus, id est, explicitus & absolutus; tunc non intelliguntur correspondiva BALD. in d. l. petens. n. 49. ibi: nam si sit conclusus. MANTICA lib. 3. tit. 15. n. 50. & lib. 2. tit. 3. n. 20. Ubi hoc sine dubio locum habere putat, quando, unò sublatò, alius potest subsistere: nam correspondiva, inquit, sunt individua, quorum unò sublatò, alterum quoque tolli necesse est l. ult. ff. de Accept.
- 6 secundò actus vel contractus non præsumuntur correspondivi quando reverà constat, quod ad diversum effectum sint celebrati, veluti si non subditus Principi liberam de Castro suo faciat concessionem, & Princeps eodem die istud renuncianti concedat in feudum, non censentur correspondivi ad hoc, ut dicatur feudum de re, quæ erat libera, factum, quodque libertas in infeudatione concessa non recipiat supremæ superioritatis recognitionem. NATT. cons. 614. per tot. maxime n. 14.
- 7 quem citat. TUSCH. concl. 81. n. 14. lit. d. (3) Licet in eodem instrumentò plures fiant contractus & pacta; tamen non sunt correspondiva ad invicem, quando nullam habent connexitatem neque referuntur ad idem, sed suam potius perfectionem sumunt ex diversis. ABB. cons. 75. lib. 2. ubi dicit tot esse lauda, quot sunt capitula in unò eodemque laudò apposita, quando concernunt diversa; secus si unum & idem, vel essent diversa. TUSCH. lit.
- 8 C. concl. 1043. n. 27. REG. II. IN CORRESPECTIVIS unum alteri inest l. 7. §. 5. & 6. ff. de Pact. l. 40. ff. de R. C. c. officii 38. X. de Elect. Ita quidem, ut unus idemque actus, non diversus esse censeatur, nec unus sine alterò judicari possit l. 137. pr. ff. de V. O. l. 28. C. de Testam. l. 21. §. 3. ff. eod. l. 6. §. 1. ff. de Novat. nec debeat diversò jure censeari arg. l. 23. ff. de Usu cap. CRAVETT.
- 9 cons. 202. n. 13. TUSCH. lit. C. concl. 966. n. 43. Quâ etiam de causâ



causã separationem actuum correspectivorum non dari, pro  
uno sc. indivisibili eosdem reputans, censet idem CRAVETT.  
conf. 356. n. 1. conf. 461. n. 39. conf. 499. n. 5. cum WILH. ANT.  
FREUNDEBERG. de Rescript. Morat. concl. 51. n. 105. & TUSCH. lit. C.  
concl. 1044. n. 11. & 12. Et propter hanc contextualitatem 10  
atque actuum vicinitatem, illud quod uni inest, alteri quo-  
que creditur inesse l. 20. ff. de vulg. & pupill. subst. l. 134. §. idem  
respondit ff. de V. O. l. 5. §. 6. ff. de edend. facit optimè l. si. ventri  
§. en bonis. 2. ff. de Privil. Cred. JASON conf. 230. n. 22. vol. 2. TI-  
RAQ. Tom. 6. gl. in verb. donatione largitus. n. 117. LUD. POST. dec.  
Rot. Rom. ad tr. mand. de manut. dec. 225. n. 6. BERLICH. p. 2. decis.  
157. n. 8. DN. CARPZ. p. 2. const. 33. def. 5. n. 12. ita ut ex unò sumatur  
argumentum & interpretatio ad alium. DEC. latè conf. 245. &  
conf. 336. TUSCH. lit. I. concl. 81. n. 9. Etiam si sint diversæ na- 11  
turæ, v. g. mutuavi tibi centum, illa autem statim apud me  
deposuisti; certè licet in depositò non admittatur compensa-  
tio l. fin. C. de Compens. fallit tamen isto casu, quia depositum  
pendet à mutuo & ratione correspectivitatis & conjunctionis  
contractuum. TUSCH. lit. C. concl. 1044. n. 8. CRAV. conf. 924.  
n. 3. & 4. Quinimò adeò correspectiva inesse videntur, ut si 12  
posteriora repugnent prioribus, ea tollant ipso jure, magis  
jure fictionis, tanquam sc. facta aut dicta non fuisse fingantur,  
quam jure revocationis, ut pulchrè dicit P. CASTRENS. conf. 449. 13  
l. 2. add. TIRAQ. d. l. SED ET ADEÒ deniq; inesse creduntur, ut,  
si statim duo inter easdem partes facta fuerint instrumenta,  
& in alterò eorum locus sit inscriptus; in alterò verò non:  
certè in hoc locus, quem in illò apponere placuit, censetur  
repetitus, ita, ut non minores obtineat vires, quam si  
certus in eò locus expressè fuisset inscriptus, ut singu-  
lariter voluit BALD. conf. 208. lib. 1. quem allegat & se-  
quitur TIRAQ. d. l. add. TUSCH. lit. I. concl. 81. n. 10. 14  
REG. III. CORRESPECTIVORUM ea est natura, ut unum sine al-  
terò non consistat, sed deficiente seu sublatò unò, corruat &  
alterum l. 81. §. 1. ff. de hered. Inst. l. 31. §. 1. l. 30. §. 1. ff. de a-  
dim. vel. transf. leg. l. 29. §. 1. de minor. l. 5. ff. de resc. venã. l. fin. ff.  
de Accept. ALEX. conf. 111. n. 2. lib. 3. DECIAN. resp. 1. n. 38. vol.



3. DECIS. ROT. ROM. p. I. dec. 677. CRAV. conf. 393. n. 2. conf. 356. n. 1. conf. 639. n. 2. conf. 230. n. 2. conf. 16. n. 4. conf. 246. n. 3. & 4. conf. 461. n. 39. conf. 371. n. 5. conf. 446. n. 25. conf. 499. n. 4. & 5. conf. 543. n. 5. conf. 547. n. 14. conf. 529. n. 7. conf. 411. n. 25. conf. 809. n. 7. plenius conf. 179. in f. ibi: quod positò unò ponitur aliud, sublatò unò, tollitur aliud; quia non debent diverso jure censerì d. l. 29. §. 1. ff. de minor. TUSCH. lit. C. concl. 1043. n. 6. DN. CARPZ. p. 2. const. 41. def. 10. & lib. 5. tit. 7. Resp. 6. n. 10. MAGNIFICUS, AMPLISS. ATQUE CONSULT. DN. D. **RJCHTER** / D. COM. PAL. CÆS. DECRET. P. P. ET FAC. JUR. ORDINARIUS, p. t. RECTOR ACADEMIÆ MAGNIFICUS. PATRONUS ATQ; PROMOTOR MEUS SUMMO OBSERVANTIÆ CULTU ÆTATEM DEVENERANDUS decis. 26. n. 18. & n. 24. cum seq.
- 15 M. WESEMB. conf. 51. n. 49. p. 2. Sunt enim actus s. contractus correspectivi ita connexi, ut nullam recipiant divisionem, sed unus sit propter alterum, & unò cessante, cesset etiam alter CASP. KLOCK. Tom. 3. conf. 150. n. 100. & T. 1. conf. 12 n. 43. I. S. GAMBS. in Thes. Jurisp. axiom. lib. 3. c. 71. FREUNDEBERG
- 16 de Reser. morat. concl. 51. n. 104. Et non potest unum capitulum correspectivum ad aliud negligi, & ad aliud approbari vel adimpleri, quia ita insunt, ut unum sit propter aliud arg. l. 10. §. 1. l. 12. inf. pr. l. 8. §. 20. l. 31. §. fin. l. ult. ff. de Inoff. test. GLOSSA in l. alia 8. C. de hi quib. ut indign. CRAV. conf. 639 n. 2. ALEX. d. l. TUSCH. lit. C. concl. 1043. n. 5. BERLICH. p. 2. decis. 175. n. 9. Unde sequitur IV. REG. quod, CAPITULIS CORRESPECTIVIS in dispositione existentibus, unius labes totam inficiat dispositionem atque convellat. JOAN. MOHEDAN. dec. Rot. Rom. decis. de Simonia 1. n. 3. & latius decis. 3. & 5. eod. tit. Et tandem V. quod nullus qui se sub certâ conditione, vel respectu alicuius rei consequendæ tacitè vel expressè obligavit, adversario fidem contractus servare teneatur, si eam ipsemet non servaverit. l. 21. C. de Pact. ubi IMPP. Diocletianus & Maximian. adversario transactione uti non permittunt, nisi is ea, quæ placita sunt, adimplere (quia illud quod erat implendum, fuit causa finalis ipsius contractus. l. 6. C. de Pact. inter Empt. & vend.



vend. l. fin. de cond. causa dat. caus. non sec. ) paratus sit. ABBAS  
ad c. 3. X. de Jurej. n. 3. P. CASTR. p. 1. cons. 413. n. 1. per tot. MOD.  
PISTOR. cons. 48. vol. 1. n. 2. pag. 518. col. 2. BARBOS. vot. decis. T. 2.  
lib. 3. vol. 67. n. 57. HIERON. PANTSCHMAN. lib. 1. quest. 21. n. 1.  
& 75. Tum quia frustra sibi fidem quis postulat ab eo servari, 18  
cum fidem à se præstitam servare recusat c. frustra 75. de R. I. in  
6. l. 21. C. de pact. GOTHOFER. in l. 54. ff. locat. lit. b. tum quod  
in quacunque promissione, quam quis alteri fecit, semper  
intelligitur conditio: nisi ex alterius culpâ aliud evenerit  
BART. in l. 3. in pr. C. de Naut. Fan. FELIN. ad cap. pervenit. 3. X.  
de Jurejur. n. 4. Et hæc etiam vera esse dicuntur in promissione 19  
juratâ, cui semper inest tacita conditio: si ipse fidem serva-  
veris c. pervenit 3. X. de Jurej. quia poena non committitur ei,  
qui hac de causâ recusavit contractum servare. l. ult. C. de non  
numer. pecun. Habebit verò hoc axioma, uti patet, lo- 20  
cum in obligationibus ad invicem respectivis, & circa i-  
dem capitulum, vel connexum; non circa separatum ANG.  
in l. qui servum 96. ff. de V. Obl. FELIN. ad d. c. 3. n. 5.  
Quæ autem sit ratio, cur circa idem vel connexum liceat fi- 21  
dem frangere, non etiam circa separata vide SAL. in l. cum pro-  
ponas 21. C. de Pact. quem allegat FELIN. d. l. ubi dicitur: quòd  
primum sapit defensionem, secundum verò offensionem:  
defensionem autem adhibitò inculpatæ tutelæ moderamine 22  
omnes leges, omniaque jura permittere clarum est ex l. 3. ff.  
de i. & l. 45. §. 4. ad L. Aquil. l. 1. C. unde vi. l. 3. §. 9. ff. de vi &  
vi arm. Uti verò aliàs nulla regula tam firma est, quæ suas  
quodammodo limitationes non admittat, ita præsentem  
quoque in multis cessare, suasque habere limitationes, pari-  
ter evenit. Fallit enim (1.) quando obligationes non sunt 23  
respectivæ ad invicem, id est, non reflectunt ad idem factum,  
sed ad diversum, ut e. g. simpliciter tibi certum librum dare  
juratò promisi; tu postmodum etiam aliquid facere jurasti;  
certè licet ego meam promissionem non adimpleam, tamen  
tu, si promissionem tuam observare recusas, perjuri reus  
censeberis. FELIN. ad d. c. 3. n. 5. (2.) quando contractus no-  
minatus jam est impletus. Unde si ego librum à me emptum 24  
tibi



tibi tradidi eò modò : ut mihi novem dares ; non potero li-  
brum semel emptoris factum repetere , sed agendum est ad  
25 pretium *l. 12. C. de R. V.* (3.) quando frangens fidem mihi  
solvit poenam ex conventionem debitam. Hoc enim factò fi-  
dem ipsi postea tenebor servare : cum solutio poenæ habeatur  
pro observantiâ contractus , & poena succedat loco præ-  
stationis rei principaliter debitæ *l. 28. ff. de act. emt. l. 4. §. 7.*  
*ff. de dol. mal. & met. except.* Plura , quæ ad præsens referri  
possunt , dixi infra in *cap. 3. sect. post.* Et hæc sunt principa-  
les istæ regulæ , quas speciali actuum atque contractuum cor-  
respectivorum tractationi , subnexis quibusdam ad eas fir-  
mandas adhiberi solitis , præmittere operæ pretium duximus :  
ostensuri nunc , in quibusnam Jurium materiis Correspectivi-  
tas potissimum occurrat , ut postmodum secundum nostra  
exempla , quæ apud specialem cujuslibet materiæ sedem or-  
dine Institutionum haud inutiliter tractare visum est , simile  
de omissis fiat judicium. Prolixus igitur non ero , neque , id  
fieri , maxima ingenii mei imbecillitas permittit ; cum probe  
equidem noverim , meum captum præsentia longè superare.  
Pergo itaque ad

## Sectionis Posterioris

### CAP. I.

Correspectivitatis usum quoad primum Juris  
objectum , Jus scil. personarum  
ostendens.

Studii nostri , quod dicitur ars æqui & boni *l. 1. pr. ff. de J. & J.*  
duæ sunt positiones : publicum , quod ad statum Reip. Ro-  
manæ *§. 4. Inst. de l. & l. 1. §. 2. ff. eod.* & privatum , quod ad  
singulorum utilitatem spectat *d. l. 1.* Illud æquè ac hoc non  
solum ex Civilibus ; sed Juris etiam naturæ & gentium præce-  
ptis suò modò est collectum *l. 1. §. 2. l. 2. l. 5. ff. de l. & l. 1. 24.*  
*ff. de Capt. & post. l. revers. l. ult. ff. de legation. B. DN. FRANTZK.*  
*in §. fin. Inst. de l. & l. n. 23. ibique LUDVEL. n. 3. & Ex. 1. th. 7.*  
Jus



Jus in Rep. Rom. constat aut ex scripto, aut sine scripto §. 3. J. 1  
de I. N. G. & C. l. 6. §. 1. ff. de I. & l. Jus scriptum est, quod ex-  
pressa sanctione in Rep. viventibus latum atque promulgatum  
l. 9. C. LL. neque scriptura est de essentiâ Juris, quod h oc mo-  
dô scriptum vocatur. MAGNIF. DN. PRAESES in S. I. C. Ex. 2. th. 2.  
Jus non scriptum tacitô summæ potestatis consensu per diu-  
turnos mores introductum, consuetudo dicitur §. 9. J. de I. N.  
G. & C. l. 32. §. 1. ff. de LL. Hoc jus Rom. pertinet vel ad per- 2  
sonas vel ad res, vel ad actiones §. fin. J. & J. N. G. & C. Quod  
personas ( quarum causa omne jus constitutum est d. §. fin. )  
attinet, earum conditio est vel absoluta; vel relata: absolu-  
ta est hæc, quòd omnes homines liberi sunt aut servi, quæ  
propterea summa dicitur divisio Pr. J. de Jur. pers. l. 3. ff. de stat.  
hom. Relata respicit aut familiam; aut civitatem. Respectu 3  
familiæ dividuntur homines in sui vel alieni Juris. Rursus eo-  
rum, qui alieno Juri subjecti sunt, alii sunt in potestate pa-  
rentum, ut liberi: vel dominorum, ut servi pr. J. de his qui  
sui vel alien. Jur. Patriam potestatem tanquam jus Civium 4  
Rom. proprium §. 2. J. de P. P. constituunt (1.) justæ nuptiæ  
pr. J. de Nupt. quæ sunt Viri & mulieris conjunctio, individu-  
am vitæ consuetudinem continens §. 1. J. de P. P. (2.) legiti-  
matio §. ult. J. de Nupt. & (3.) adoptio pr. J. de Adopt. Nuptias 5  
antecedunt sponsalia, quæ sunt mentio & repromissio futura-  
rum nuptiarum l. 1. ff. de spons. hoc est, mutua repromissio  
de præstando consensu conjugali WESENB. ad tit. de sponsal. n. 2.  
Nam J. Crus Florentinus in d. l. 1. verbis: mentio & repro-  
missio; ad veterum morem respexit, qui sponsalia, interpo-  
sitis stipulationibus, quarum duæ sunt partes: mentio sive  
interrogatio, & promissio sive responsio; contrahebant.  
Quotiescunque igitur mentio fit promissionis interrogati-  
onem præcessisse intelligitur. DN. HAHN. ad Wesenb. tit. de  
spons. n. 2. Hodie nudò sunt consensu l. 4. ff. eod. non tantum  
contrahentium; sed etiam eorum, quorum sunt in potestate,  
l. 7. §. 1. l. II. 12. 13. ff. eod. Contrahere verò possunt sponsalia 6  
qui & nuptias l. 15. l. 16. ff. d. 1. & quidem vel purè, c. pen. X. de  
spons. vel sub conditione r. r. X de Condit. app. Quæ sub condi-  
tione potestativa, vel casuali contracta, ut gen. 29. v. 18. Sam.  
C 18. v. 25.



18. v. 25. non antè valida sunt, quàm conditio extiterit. c. su-  
7 per eo 5. X de cond. app. Quod si ergò is, cui puellam petenti:  
ut sibi desponsetur; sub conditione tantùm promissa, illam  
non adimplet, puella non obligabitur: quia non impletur id,  
cujus respectu matrimonium promisit futurum arg. c. 3. X de  
jurej. neque pendente conditione is, cui adjecta, ad imple-  
8 menti matrimonii agere potest arg. l. 13 §. 3. ff. de act. empr.  
latius infra cap. 3. Distinguntur autem Sponsalia in Spons.  
de præsentis & de futurò c. pen. X de Spons. Horum de naturâ plu-  
9 ra MAGN. DN. PRAESES in S. I. C. Ex. 29 th. 10. & seqq. persecu-  
tus est, quare Lectorem ad illum delegamus. Sponsalibus  
ut plurimum accedunt arrhæ, spe & contemplatione matri-  
monii consummandi datæ, hisce intervenientibus, si sponsus  
nullâ justâ causâ motus repudiat, arrhas datas perdit; si  
sponsa, duplicatas reddit l. 5. l. 3. C. de Spons. Quid verò si  
10 Sponsus vel Sponsa decesserit, num arrhæ restituendæ? Vide  
sis DN. HAHN. d. l. n. 5. Quicumque igitur Matrimonium cer-  
tò terminò sub poenâ perditionis arrharum contrahere pro-  
miserunt, si is, qui in terminò est incapax, interpellat alium,  
nihil agit, cum ipse ex suâ parte non possit implere. TUSCH.  
11 lit. I. concl. 50. n. 35. add. infra cap. 3. dicenda. Sic quoque si Ju-  
venis fidei conjugalis nomine puellæ offert munus, idque il-  
la tacens accipit; in eandem causam, in quam oblatum est,  
Puella accipere videtur, & sic actus erunt correspectivi. WE-  
12 SENB. ad tit. de Spons. n. 6. Sponsalia de præsentis uti verum ali-  
às matrimonium dici possunt arg. l. 30. ff. de R. J. ita quoque  
regulariter indissolubilia censentur c. pen. X de Spons. DN. CARPZ.  
13 Resp. 5. tit. 10. & Resp. 108 n. 22. Ad matrimonium itaque le-  
gitimè contrahendum Jure Civili & moribus nostris tria in-  
primis requiruntur: (licet enim ad justas Nuptias Cives quo-  
que Rom. requiri dicantur pr. 7. de Nupt. propter Jus tamen  
peregrinitatis l. 17. ff. de stat. hom. & servitutem inter Christi-  
anos abolitam. MAGNIF. DN. PRAESES Ex. 3. th. 21. & seqq. &  
Ex. 40. th. 69; & seqq. non omninò hoc requisitum venit  
14 attendendum) (1.) Justa ætas, masculi quidem puberes, i. e.  
14. ann. & feminae viri potentes seu 12. ann. pr. Inst. de Nupt.  
Jus



Jus autem Canonicum non ex annis, sed habitu Corporis  
æstimat c. 3. X de Despons. Imp. ) (2.) personæ conjungi non pro-  
hibitæ vel ob cognationem, vel affinitatem r. r. 1. de Nupt. (3.) 15  
consensus contrahentium legitimus; per quem ceu causalita-  
tem cum contrahentes formaliter sint causæ, & nuptiæ fiant  
1. 30. ff. R. I. idè nonjerit ipsius matrimonii formâ, nedum  
ipsa causa efficiens, ut quidam nuperrimè voluit. Consen-  
sus ille regulariter quidem expressis verbis declaratur c. tue  
fratern. 25. X de Spons. aliquando tamen ex signis & factis col-  
ligitur. c. un. de despons. Imp. Quæ signa & facta si ad petiti-  
onem alterius partis legitimè fiunt, censentur correspectiva.  
Nuptiis ita constitutis, accedunt dos & donatio propter nupti- 16  
as. Quæ licèt sine dote esse possint Nov. 74. c. 4. iis tamen dos ac-  
cedere solet, neque dos ( utut matrimonium sine eâ celebrari  
possit l. ult. C. de donat. ante Nupt. ibi: sine dote nuptiæ ) sine nu-  
ptiis esse intelligitur l. 3. ff. de Jur dot. d. l. ult. C. de donat. ante  
nupt. ita, ut semper promissioni insit conditio: si nuptiæ fu-  
erint secutæ; his igitur non secutis datur contra petentem ex-  
ceptio l. 21 ff. de Jur. dot. DN. HAHN ad Wesenb. tit. de Jure dot.  
n. 4. Et quanquam itaque dos semper contemplatione one- 17  
rum in matrimoniò sustinendorum data, ejusque dominium  
sub restitutionis in casum soluti matrimonii faciendæ lege,  
non verò simpliciter in maritum translatum intelligatur: arg.  
l. 139. ff. de R. I. inde tamen inferendum non est, ac si maritus,  
nullâ dote constitutâ, uxorem alere, aliaque matrimonii o-  
nera ferre non teneatur. MAGN. DN. PRAESES Ex. 30. th. 5. GAIL.  
2. o. 87. Matrimoniò igitur culpâ mariti solutò, seu nuptiis,  
quarum causâ dos tradita, non secutis, dos repetitur: uti e-  
nim isthæc conditio inest promissioni, ita & donationi l. 23.  
ff. sol. matr. quem. dos. pet. MAGN. DN. PRAESES Ex. 30. th. 47. DN.  
HAHN ad Wesenb. tit. sol. matr. quem. dos. pet. n. 3. & quia semper  
effectus dotis est, ut deserviat oneribus matrimonii l. 20. C. de  
Jur. dot. l. 7. pr. & l. 76. ff. eod. unde cum solutò matrimoniò  
amplius non deserviat oneribus, & sic cesset respectus, debet  
& ipsa dos cessare. P. PARIS. ad tit. solut. matrim. n. 18. & seq.  
Dotem constituit aut pater, vel intuitu ejus alius l. 5. §. 2. ff. de 18  
Jur.



*Jur. dot. & dicitur profectitia. l. 5. pr. & §. 5. ff. eod. aut quivis*  
19 *extraneus, & vocatur adventitia d. l. 5. §. pen. Si itaque pa-*  
*ter vel mater certam pecuniæ summam filia renuncianti pro*  
*omni jure & portione, in bonis paternis vel maternis Ipsa*  
*competens, doti constituit, donatio hæc censetur perfecta*  
*propter renunciationem & renunciatio propter donationem*  
*id est, una propter alteram: aded quod nisi fuisset promissio*  
*illa de quietando, pater dotem non constituisset; modo*  
*conjuncte & in continenti utraque intervenerit BALD. in l. pe-*  
20 *tens 27. C. de Pact. Correspectiva verò diversò jure non judi-*  
*cantur, neque alterum sine alterò consistit. Proinde, quã*  
*ratione integrum filia non erit, à renunciatione suã discedere;*  
*ita patri licere æquum non est, donationem revocare, ne inæ-*  
*qualis fiat contrahentium conditio arg. l. 7. in f. ff. de rest. vend.*  
*CRAV. conf. 543. n. 5. conf. 11. n. 3. TUSCH. lit. C. concl. 1043. n. 7.*  
21 *Sic, dote in ipsò matrimonii contractu promissã, si maritus*  
*convenit, uxorem alere; ista conventio intelligi debet facta*  
*contemplatione dotis promissæ: quia quando plures actus*  
*fiunt eodem tempore, unus censetur contemplatione alterius*  
22 *factus & videntur correspectivi per reg. 1. supra adductam. Er-*  
*gò alimenta propter illam conventionem erunt præstanda:*  
*dos enim cum sit causa dictæ conventionis, est etiam causa a-*  
*limenta præstandi in executionem conventionis; quia causa*  
*causæ est etiam causa causati SURD. in tract. de Aliment. tit. 1. q.*  
23 *42. n. 48. & seq. Porro si maritus confitetur habuisse dotem,*  
*& in continenti promissio ipsarum dotium sequitur, confessio*  
*respectu illius promissionis censetur facta, CRAV. conf. 298. n. 13.*  
*actus enim, qui in continenti sequitur, declarat, qualis fue-*  
*rit voluntas in antecedentibus l. si ventri §. fin. ff. de Privil. cre-*  
*dit. ALB. BRUN. in Mat. feud. conf. 113. n. 5. ubi cum BALDO dicit:*  
*quod licet frater videatur dotare sororem animo donandi l. un. C. de*  
*Rei. lxx. alt. tamen si eodem die apparet instrumentum quietationis*  
*fratri per sororem facta, contemplatione illius quietationis presu-*  
*mitur dotasse. Et contractus sequens in continenti præsumitur*  
*factus occasione eorum, quæ immediatè præcessere. ALEX.*  
24 *conf. 43. lib. 1. DEC. conf. 245. n. 5. conf. 265. n. 3. Doti inter-*  
*dum*



dum certa super restitutione ejus adjici solent pacta, quæ si  
LL. & bonis moribus non repugnant, vel aliàs causam dotis  
reddunt deteriore, valent. l. 5. l. 6. de pact. dot. WESENB. ad d.  
tit. de pact. dot. n. 1. MAGN. DN. PRAESES Ex. 30. th. 15. Hæc  
pacta in actu dotationis adjecta erunt correspectiva. Itaque 25  
si extraneus de dote reddendâ expressè convenerit, pactum  
hoc erit correspectivum, & dos sub causâ restitutionis con-  
stituta præsumitur. TUSCH. lit. C. concl. 1053. n. 2. DN. HAHN ad  
Vves. tit. sol. matr. dos quem. pet. n. 3. Doti respondet donatio 26  
propter Nuptias, quam sponsus vel maritus uxori in securi-  
tatem dotis matrimonii causâ facit, germanicè ein Gegen  
Bermächniß: MAGNIF. DN. PRAESES Ex. 30. th. 33. hæc licet  
dote datâ nõ necessariò sit constituenda, PRAELAUD. DN. PRAE-  
SES d. Ex. th. 34. tamen causâ matrimonii & in vicem dotis u-  
xori semper censetur facta *ibidem* th. 33. Hisce igitur non inse- 27  
cutis, & donationem cessare atq; irritam fore, expedit, juris est,  
SCHNEIDEVV. ad §. 2. 7. de donat. n. 62. Nam quoties sunt aliqua  
mutuâ ratione unum propter alterum, si unum cessat, solvitur  
aut perit & alterum, ut patet *ex regula* 3. Imò quoties aliqua  
sunt correspectiva: quia unum fit propter alterum; adeò sunt  
individua, ut unum tantum censeantur. Itaque unitate datâ  
in correspectivis, aliquò sublatò, totum cadat necesse est.  
Quod autem donatio ad promissionem contrahendi matri- 28  
monii ut & dotis constitutionem, correspectiva dicatur,  
ostenditur: quia si donatio sequens referri debet ad suum ini-  
tium; cum omnia referantur ad sua initia, & à primor-  
dio tituli posterior formatur eventus l. 6. §. 6. ff. de edend. l.  
3. §. 2. ff. de minor. l. 76. §. 2. ff. de leg. 2. l. un. circa fin. C. de  
impon. lucrat. descript. lib. 10. omninò dicendum erit, dona-  
tionem hanc non ex animi liberalitate, sed ob causam matri-  
monii & respectu dotis fuisse collatam atque profectam. Sic- 29  
uti verò mulier dotem repetit, ita quoque solutò matrimo-  
niò maritus res propter nuptias donatas retinet. l. un. §. 6.  
C. de Rei. ux. act. c. ult. X. de donat. int. V. & U. nisi (1.) pactis  
dotalibus aliter dispositum aut (2.) matrimonium culpâ  
mariti solutum l. 8. §. 4. C. de repud. BACCHOV. ad §. 3. 7. de Do- 30  
nat.



nat. n. 4. Nonnunquam in matrimonium incidit donatio  
inter conjuges, quæ, non alius contractus bonâ fide gestus  
l. 7. §. 6. ff. de donat. int. v. & u. licet regulariter prohibea-  
tur l. 1. 2. 3. §. 10. eod. illa tamen si est reciproca l. 7. §. 2. ff. b.  
t. & remuneratoria valebit. DN. CARPZ. lib. 5. Resp. 65. n. 8. qua-  
tenus scil. est æqualis l. 7. §. 3. ff. b. t. MAGN. DN. PRAESES EX.  
31 30. th. 29. Ut autem donatio inter conjuges mutua & reci-  
proca intelligatur, unô eodemque contextu & in continenti  
(id est, brevi tempore) fiat necesse est. Si enim diversa in-  
tercedunt tempora v. g. hodiè ego dono tibi, & post annum  
seu aliud tempus tu mihi donas; tunc certè donatio non cen-  
setur mutua vel reciproca, sed utraque simplex, proindeque  
32 neutra inter v. & ux. valet. l. 48. ff. d. t. quam aliàs obstan-  
tem cum d. l. 7. §. 2. eod. ita conciliari optime, putat TIRAQ.  
Tom. 6. gl. in ver. donatione largitus n. 116. eamque ut & textum  
in l. 32. §. si ambo 14. ff. eod. necessariò dicit intelligendum esse  
de donationibus mulieris ex intervallò factis, quæ ideò mor-  
tis confirmatione indigent. Et ad hoc adducit, quod in si-  
mili tradit BALD. in l. si viva. 3. col. 1. v. sic questio & seq. C. de  
bon. mat. quod si pater aliquid donat filio ob ejusdem eman-  
cipationem, & filius postea donat ipsi patri in præmium ejus  
emancipationis, aut, inquit, in continenti redonat, non re-  
quiritur insinuatio, quia donatur ob libertatem l. 34. pr. ff.  
de donat. l. utrum 107. ff. de v. o. aut ex intervallo, & requiritur  
33 l. 27. C. de donat. Quando itaque donationes inter conjuges  
sunt reciprocae, adeò censentur connexæ, ut una absque al-  
terâ intelligi aut subsistere non possit; sed, revocatâ per al-  
terutrum ex conjugibus unâ, altera quoque revocata videtur,  
cum in actibus correspectivis, destructô unô, alterum quoque  
34 destruat. Et hoc æquè dicendum venit de testamentis  
conjugum reciprocis, MAGN. DN. **RJCHTER** decis. 26. n.  
35 18. & n. 24. 25. Sed quæritur hîc: utrum donatio inter con-  
juges de universis eorum bonis, juribus & actionibus, præsen-  
tibus atque futuris reciprocè contracta, pro invalidâ sit ha-  
benda? Ita censet DN. CARPZ. eamque à Scabinis Elect. mens.  
April. annô 1638. pro invalidâ habitam fuisse, testatur IDEM  
lib.



lib. 5. tit. 7. Resp. 65. n. 9. postquam enim, dicit, ex communi  
& in praxi receptâ opinione donatio ejusmodi univerforum  
bonorum jure subsistere nequit, non certè eò magis proba-  
bitur, quod sit reciproca, cum duplex hæc censeatur donatio,  
perinde ut duplex contractus reciprocus in permutatione,  
GLOS. in l. quod autem 7. §. si vir & uxor. 2. ff. de donat. inter V. &  
Ux. TIRAQ. in l. si unquam. 8. vers. donatione largitus n. 110. C. de  
revoc. donat. Invalidâ itaque unâ existente, corrui utique &  
altera ex naturâ actuum correspectivorum, quorum, unò an-  
nullatò, alter quoque invalidus habetur, DN. CARPZ. d. l. n. 10.  
Coeterùm moribus præsertim Saxonis donationem inter 36  
conjuges judicialiter factam & actis publicis insinuatam, ac-  
cedente mulieris, si ipsa donet, curatoris autoritate, valere,  
observari tradunt MATTH. COLER. decis. 12. n. 24. DN. CARPZ.  
2. c. 13. d. 16. Pergimus nunc ad alterum divisionis supra al- 37  
latæ membrum, & dicimus, quod homines sui Juris vel in to-  
tum plenâ & integrâ libertate fruuntur; vel quadantenus re-  
strictâ, ob ætatis judiciique defectum, propter quem rebus  
suis superesse non possunt §. 1. de Tut. & pr. 7. de Curat. ut ade-  
ò aliorum tutelam vel curam subire conveniat. In tutelâ  
sunt impuberes seu pupilli §. 3. 1. de Tut. in curâ puberes seu  
minores pr. 1. de Curat. Hi absque solennitate jure præscri- 38  
ptâ quanquam aliàs sese constituere reos non possint; obli-  
gationem tamen ex causâ collatæ sibi liberalitatis etiam sine  
solennitate factam, puta: si dono minori sub modò, quod se  
obliget ad decem singulò annò; valere tanquam correspecti-  
vam neque restitui minorem, censent FULGO. cons. 223. in f.  
& TUSCH. lit. C. concl. 1043. n. 23. Defertur tutela vel testa- 39  
mentò, vel lege, vel publicâ autoritate ab eo, qui jus dandi  
habet. Delatam ita tutelam sequitur ejus administratio,  
quam antecedunt juramentum. Nov. 72. c. ult. SCHNOB. disp.  
15. th. 12. SATISDATIO & inventarii Confectio. SCHNOB. d. l. c. 5. 13.  
Hodiè quinque requiruntur: (1.) decretum Judicis de susci- 40  
piendâ administratione Ref. Polit. 1548. tit. von der Pupile  
ten tutorn, &c. (2.) inventarium (3.) coram Judice compe-  
tente promissio, pupillum non desertum iri, tam in judiciò,  
quàm



- quàm extrà. (4.) juramentum. (5.) satisfactio, quæ tamen hodie rarissimè præstatur DN. CATPZ. Res. 82. lib. 5. tit. 8. Tutori itaque vel Curatori quoties necessarium est decretum, toties promissio quoque defensionis est necessaria; omnes enim tutores vel curatores non aliàs creati dicuntur, nisi prius cum solennibus verbis, & hoc specialiter expresserunt, quod omnimodò sine ullâ dilatione defensionem pro pupillis & adultis subire velint per l. fin. §. omnem 4. C. de administr. tut. quæ lex præcipit de promissione tempore decreti, ejus necessitatem præsupponendo; planè si decretum nullum requiritur aut supervacuum est, ipsa promissio considerari non poterit. Lex siquidem voluit, quod tutor vel curator promitteret apud acta seu ipsi judici, ut dicit textus d. §. omnem in verb. gestu. Atque sic ista promissio ad ipsum decretum corresponditur; quia lex per judicem noluit administrationem decerni, nisi tutor ad eum modum præstaret cautionem. In correspondivis autem, cessante unò, cessat & alterum. Ergò, sublato decreto, & ipsam auferri promissionem ad decretum relatam atq; correspondivam oportet. CRAV. conf. 230. n. 2.
- 41 Haftenus de conditione personarum relatâ ad familiam; sequitur altera, quæ respicit civitatem. Civitas in Politicis consideratur vel materialiter sine ordine; vel formaliter cum ordine: seu, ut quidam loqui amant, quatenus est certa quadam Reipubl. specie informanda atque constituenda. Hoc modo posteriori, quatenus jam actuata est, & ad certam Reipubl. formam determinata dicitur unò verbò Respubl. quam ARISTOT. 3. Pol. c. 6. definit, quod sit ordo civitatis cum aliorum Magistratum, tum præcipuè illius, qui summam habet potestatem; cui DN. LOBER addit finem: utilitatis gratiâ. Ordo iste est vel inter imperantes, vel parentes, quos per vocabulum civitatis velim intellectos. Respublica dividitur in simplicem & mixtam; utraque est vel recta vel corrupta. Simplex & quidem corrupta sunt Tyrannis, Oligarchia, & Democratia; recta qualis est, ubi summa potestas penes unum aut unò plures ad communem utilitatem imperantes indivisim; cujusmodi sunt, Regnum, Aristocratia
- 42
- 43
- 44



cratia & Politia. Modi, quibus ad summam cujuslibet Reip. 45  
dignitatem pervenitur, sunt varii, hos verò qui scire avert, is  
varios Politicorum campos adire concessum habeat. Ve-  
rùm quocunque modo Imperantes constituentur, debita à  
subditis obedientia, fidelitas & observantia ipsis venit præ-  
standa, unde quoque ad majorem certitudinem ut plurimum  
solet præstari Homagium. Juramentò hoc Homagii aut 46  
fidei à subditis sive civibus præstitò, si continuò Princeps, vel  
pro statu Reip. quicunque alius Magistratus, jura & consuetu-  
dines eorum rata firmaque esse voluerit, non licebit Magi-  
stratui jus Civitatis offendere. Actus enim confirmationis  
& præstationis fidelitatis, quia in continenti sunt habiti, u-  
nus post alterum, censentur correspectivi, unus propter al-  
terum factus; nec aliter datum fuisset jusjurandum fidelita-  
tis absque confirmatione Jurium insecutà. BALD. in l. petens  
27. col. pen. C. de Pact. DEC. conf. 245. n. 5. CRAV. conf. 463. n. 9.  
Idque maximè verum est, si immunitates, ut dixi, non ex con- 47  
cessione simplici & gratuità, sed per viam contractus corre-  
spectivi semel, bis, tertio, quarto vel pluries repetiti, & cur-  
suum centum, ducentorum, aut fortè plurium annorum com-  
muniti, quibusdam competant. CASP. KLOCK. de Contribut. l. 16.  
n. 171. Itaque contractus hinc innominatus incurrit: facio ut 48  
facias. Enimverò nulla est dubitatio, non posse principem  
à contractu discedere etiam ex plenitudine potestatis, cum  
à jure gentium sit: pariter enim pactis & contractibus, sive  
cum subditis, sive cum extraneis initis, naturæ & gentium jure  
obligatur l. 1. §. 1. ff. de Off. Proc. Cas. l. 15. ff. de Public. l. pen C.  
de donat. int. V. & U. l. 2. C. ne fiscus rem, quam vend. evinc. lib.  
10. latius ROL. à VALLE conf. 69. n. 16. vol. 4. Par itaque sit 49  
obligari imperantem, ut promissorum fidem in ipsò fide-  
litas sacramentò præstet, si ipsam homagii fidem sanctissimè  
coli desideret; in conventionibus quippe correspectivis, qui  
vult sibi impleri, debet & ipsi alteri implere; cum in corre-  
spectivis unum insit alteri, &, unò positò, ponatur & alte-  
rum, sicut, sublatò unò, tollitur alterum, KLOCK. d. l. Et hanc 50  
conclusionem maximè procedere puto, ubi princeps Pro-

D

vin-



vincialibus jurejurando adstrictus est, eis sua jura, privilegia, immunitates & consuetudines observare. GLOSS. singularis in l. moveor 4. C. si serv. exp. ven. qua dicit, quo statu te invenio, eo te tenebo, donec contrarium videbo l. barbarius 3. ff. de Off. præf. & benè probatur in l. cum satis 23. C. de agr. & cens. lib. II. KLOCK. d. l. n. 168. Hæc de Correspectivitate quoad primum Juris objectum. Superest ut alterum quoque leviter transeamus, id quod facturi sumus hoc

## CAP. II.

### Quod demonstrat, ubi, quando & quomodo Correspectivitas in Rebus, altero scil. Juris objecto, locum habeat.

**D**E rebus, uti notum est, agit JCtus, non quatenus tales sunt; sed quatenus jus in illis quis habet. LUDV. Ex. 4. th. 1. lit. 4. Quod jus rerum præcipuè privatarum est duplex; in re vel ad rem l. 19. l. II l. 13. §. 1. de damno inf. SUTHOLT dis. 4. th. 27. 1 Illud est dominium, hoc obligatio. Dominium acquiritur vel jure gentium, de cujus variis acquirendi modis consule DN. STRAUCH. Ex. 6. th. 27. vel jure Civili. Quædam præterea res sunt corporales, quædam incorporales pr. J. de reb. corp. & incorp. Incorporales sunt, quæ tangi non possunt & 2 in jure consistunt §. 1. eod. Horum in numero sunt servitutes; eæque vel reales; vel personales, ut usufructus l. 1. ff. de Servit. qui est jus alienis rebus utendi, fruendi, salvâ rerum substan- 3 tiâ pr. 7. h. t. Consistit verò hoc jus in fructuum perceptione, ita tamen, ut nihil decedat essentiæ domini, MAGN. DN. PRAESES Ex. II th. 55. Nam quando cum plenissimò jure utendi fruendi aliquò modò concessum est jus rem ipsam alienandi, conjunctum cum quadam perpetuitate, singularis domini species oritur; atque ejus respectu dominium in plenum & minus plenum dividitur. MAGN. DN. PRAESES d. l. Ubi igitur liberum sive quoad proprietatem & fructuum perceptionem simul; sive quoad proprietatem saltem est disponendi arbitrium, plenum dicitur dominium; minus plenum verò ubi pro-  
prie-



prietas adest restricta, & hanc qui retinet, dicitur habere do-  
minium directum ac superiorem de re disponendi potestatem;  
ille verò, qui cum jure utendi fruendi concessò de proprieta-  
te dictò modò participat, dominium ipsius rei sibi ita con-  
cessæ utile, adeoque potestatem in re inferiorem habere di-  
citur. MAGN. DN. PRAESES J. F. c. 2. aph. 3. in med Sic e.g. do- 5  
minium utile, (Mindes Eigenthum / Nuzbar Eigenthum) ha-  
bet (1) Emphyteuta, germ. Erbzins Herr / Erbzins Mann. l. 71.  
§. pen. & ult. ff. de leg. I. (2) Vasallus. Ad essentiam Emphy- 6  
teuseos pertinet, ut ratione rei, in quâ Emphyteusis à Do-  
mino conceditur, quis ad canonem in recognitionem domi-  
ni præstandum se obliget l. 1. ff. l. 1. C. h. t. qui canon sive  
pensio annua semper correspectivatur ad dominium dire- 7  
ctum. Et ita licet Emphyteuta Titius tempore contractus  
annuam pensionem propter prædia emphyteutica ac ratione  
dominii directi Sejo tanquam Domino promiserit; attamen  
si directum ipsorum dominium impræsentiarum teneat Prin-  
ceps sive alius, ex tempore mutationis sive separationis ca-  
nonem ipsi ulterius solvere minimè obligabitur. Etenim 8  
promissa erat ista pensio annua propter Emphyteusin, quod  
apud Sejum concedens erat. l. 1. vers. qui in perpetuum ff. si ag.  
vectig. §. 3. §. loc. cond. (Idem in feudo, cujus dominium dire-  
ctum penes est concedentem 2. feud. 47. & 2. feud. 25. §. domi-  
no) Quia itaque pensio Emphyteutæ ad dominium directum 9  
est correspectiva, utique, hoc cessante, cessat etiam pensio  
promissa & per consequens dominium utile, quatenus attinet  
ad ipsum commune Seji, ut dicere non possit, utile domi-  
nium à me habes l. 5. C. de LL. §. 5. J. de pupill. subst. ubi irritò te-  
stamento patris vitatur substitutio pupillaris tanquam sequela &  
accessoria. Neque enim in correspectivis fieri potest, ut, unò  
vitiatò, alterum maneat firmum. ALEX. cons. 111. col. 3. lib. 3.  
Et ideò, ut CRAVETT. cons. 499. n. 5. infert, si quis offerat se 10  
suaque monasterio, oblatione non constante quantum ad  
personam, etiam in bonis ad irritum cadit; siquidem fit ob-  
latio propter personam, adeoque censetur correspectiva.  
Quantum nunc ad Emphyteutam, Ipse quoque si in solutio- 11  
ne



- ne Canonis, ob quem Emphyteusis ei concessa, ac sine quò intelligitur nulla, in Emphyteusi quidem Ecclesiastica per biennium *c. ult. X locat. cond.* in seculari per triennium *l. 2. C. de Jur. Emph. cessat*, jure suo cadit & justè poterit repelli *per text. alleg.*
- 12 Inò licèt promiserim te non expellere de domò per me tibi in Emphyteusin concessa; attamen, quia semper tacitè intelligitur: si solveris mihi canonem; ideò te, qui non servas id, cujus ratione facta fuit promissio, id est, si solvere cessas, justè possum expellere *l. 54. §. inter locatorem 1. ff. locat. ibique GOTHOFR. sub lit. a. ABB. ad c. 3. X de Jurej. n. 3.* Et pro prædictis est illa juris regula: frangenti fidem, fides frangatur eisdem *c. frustra 75. de R. J. in 6.* Id, quod diximus de Emphyteuta, procedit etiam de Vasallo. Huic enim quamprimum feudum sive utile dominium, investiturâ (hæc enim si deest nullò modò constituitur feudum *2. feud. 25.*) sive contractu feudali solenniter celebratò, interveniente, est constitutum, obligatus ad fidem tanquam partem feudi essentialem domino exhibendam necessariò tenetur. MAGN. DN. PRAESES S J. F. *c. 2. aph. 5.* Aliàs enim Vasallus de feudo interrogatus, si negaverit quem esse Dominum feudi, vel aliàs Domino abnegaverit aut ipsum feudum, aut ejus conditionem & alia, feudum perdit *c. 1. §. Vasallus Lehn Recht art. 14. ZAS. de feud. 10. p. 1. §. 1.* Quare correspondiva hæc censentur: investitura, fidelitatis præstatio & feudi recognitio; utpote ea, quæ simul & in continenti fiunt. Verùm correspondivorum ea planè est natura, ut unum sine alterò non fiat neque consistat.
- 14 Quòcirca investituram daturus sine fidelitate & recognitione hæc Dominus non fuerat. Atque ideò petita ab eò recognitio hæc ex correspondivatione ipsa intelligitur. Quinimò recognitionem fidelitatemque petendò non potuit non ipsa recognitio acceptari atque approbari *arg. l. 10. §. 1. l. 12. in f. pr. l. 8. §. 10. l. 31. §. fin. ff. de inoff. test. GLOSSA ET DD. in l. alia 8. C. de hu quib. ut indign. CRAV. cons. 639. n. 2.* Fidem quod attinet à
- 16 Domino debitam Vasallo, par itidem utrinque erit ratio. Dominus enim cum fidem requirat à Vasallo, tacitè & per consequ. ipse quoque ad fidem adstringitur *2. feud. 6. in verb. Dominus*



N

Dominus quoque in his omnibus vicem fidei suo reddere debet, quod si non fecerit, merito censebitur malefidus. Atque hoc est, quod 17 dicitur, inter Dominum & fidelem sive Vasallum fidem esse reciprocam, & Dominum esse Vasallo conjugem & amicum, hoc est, communi fidei vinculo conjunctum 2. feud. 6. ibique GOTHOFER. lit. b. MAGN. DN. PRAESES d. cap. 2. aph. 5. Si itaque Dominus fidem Vasallo vel feudum promissum non 18 dederit, ipsemet juramentum fidelitatis servare non tenetur, GLOSS. in c. 1. de nova forma fidelitatis. 2. feud. 7. verb. utilitatem, ubi quando Dominus non servat fidem Vasallo, non tenetur Vasallus fidem homagii colere. Facit textus in l. 16. ff. de transact. & in c. 3. X. de Jurej. DECI. cons. 282. n. 3. & cons. 265. n. 4. CRAV. cons. 463. n. 10. ubi ita ex BALDO: quod si dominus non habet Vasallum pro Vasallo, vicissim non cogitur Vasallus enim pro Domino habere. Utpote puta: obligavi me tibi ratione feudi, quod mihi concessisti, servire in bello; certè si aufers mihi feudum, non teneor tibi ad servitium arg. c. insinuatione. 1. X. de feud. & c. potuit 4. loc. cond. ABB. in c. 3. X. de Jurej. n. 3. Quotiescunque 19 igitur Dominus non observat sibi juramentum, toties ipsum non tenetur juvare Vasallus; quia pacta sunt correspectiva, ex quo sunt in eodem contractu. TUSCH. lit. C. concl. 1043. n. 17. & lit. J. concl. 81. n. 6. Coeterum ad quid Vasallus Domino sit obligatus, vide latius SCHRAD. in tract. Feud. p. 6. c. 6. & ad quid Dominus teneatur Vasallo. d. p. 6. c. 7. Progre- 20 dimur nunc ad servitutem realem seu praedialem, quae est vel rusticorum vel urbanorum praediorum §. ult. J. de Reb. corp. & incorp. In illò numero est jus compascui, die Koppelweide/ 21 quod est, quando vicini duo pluresve ex familiaritate in praediis & territoriis suis mutua sibi invicem compascua concedunt. MAGN. DN. PRAESES in S. J. C. Ex. 13. th. 23. In hisce compascuis actus utriusque se habet correspectivè. Nam concedit vicinus vicino hujusmodi jus eò respectu, ut ipse vicinus idem facere possit. Quare si vicinus quocunque modo 22 in exercitiò pascendi alium impediatur, & ita, ex parte suâ separatim propriis compascuis uti volente, jus compascuorum tacitè revocet, alteri vicino idem agere licebit. DEC. cons. 265.



- n. 3. & 4. verò namque dicitur de actibus correspectivis, quòd positò unò, ponatur & aliud & contrà. CRAV. *conf.* 246. n. 3.
- 23) DN. CARPZ. p. 2. *const.* 41. *def.* 10. Tandem venimus ad modos acquirendi Jure Civili, qui pro diversitate objecti sunt vel universales; vel singulares ut usucapio, donatio, legatum & fideicommissum. Donatio, quâ rem gratuitò in aliquem conferimus, est vel mortis causa, vel inter vivos *pr. J. de donat.*
- 24) & hæc iterum vel absoluta; vel relata. Relata respicit vel causam præteritam & dicitur remuneratoria; vel causam & modum, aut conditionem futuram. Donatio ob causam, vel modum futurum est, quando quid donatur eum in finem, ut rursus aliquid fiat; & quidem si in specie eâ lege quis donet, ut alimenta sibi præstentur à donatariò, & verò donatarius accipiens donatum postmodum alimenta præstare recuset, donatum revocari potest: quia, secundum vulgatissimùm illud, in qualibet donatione ob causam, causâ non secutâ, datur revocatio; & competunt tres actiones. l. 1. C. de donat. *que sub mod.* MAGN. DN. PRAESES *Ex.* 40. *th.* 18. *latè* TUSCH. *lit.* B.
- 25) *concl.* 632. n. 1. & *seqq.* *qui lit. C. concl.* 1043. n. 9. hoc etiam extendit ad donationem simpliciter factam, eamque propter alimenta, quæ donatarius promittit donanti vel ex contractu separato, correspectivam dicit & vice versa, secutus CORN.
- 26) GRAMMAT. TIRAQUELL. & *alios d. l. allegatos.* Et quod plus est, si quis donasset liberè in unò instrumentò, nullâ mentione factâ de alimentis debendis, postea verò ex instrumentò separato donatarius promitteret alimenta, ex se censeretur actus correspectivus ad donationem & ex causâ donationis; adeò, quod si deficeret in alimentis, donatio revocaretur. *idem* TUSCH. *lit. D. concl.* 632. n. 8. Ut autem donationes nomine correspectivorum veniant, actus in continenti fiant oportet. Itaque si donatarius post donationem se obligat ad aliquid etiam simpliciter, censetur tamen hoc fecisse contemplatione donationis præcedentis. TUSCH. *lit. C. concl.* 1044. n. 15. & *lit. J. concl.* 81. n. 11. BRUN. *in mat. Feud. conf.* 118. n. 3.
- 28) Item si mulier donat aliquid hospitali, & eodem die Hospitali se obligat mulieri ad dandum decem singulis annis, præsumi-



sumitur hoc fecisse respectu donationis præcedentis. CRAV.  
cons. 411. n. 25. & cons. 298. n. 13. Nam si ex intervallò duæ  
fierent donationes, puta, ego hodiè tibi, tu mihi post an-  
num seu aliud tempus donas, non præsumitur correspectivi-  
tas. TIRAQ. in l. si unquam 8. C. de revoc. donat. vers. donatione  
largitus n. 120. & seq. TUSCH. l. C. concl. 1043. n. 10. & seq. Mo- 29  
di acquirendi Jure Civili universales censentur quatuor, ut  
hæreditas, bonorum possessio, arrogatio & addictio bono-  
rum libertatum conservandarum causa. §. fin. J. per quas pers.  
cuiq. acq. Hæreditas ordinariè defertur vel testamento; vel  
ab intestato. Ad testamenti formam atque substantiam 30  
pertinet hæredis institutio, tanquam caput & fundamentum  
testamenti §. 34. J. de leg. Hæredum quidam vel instituuntur;  
vel justâ de causâ exheredantur. Hæc causa si probationi- 31  
bus evincatur falsa, actum vitiat, nec dispositio exclusionis  
obtin. bit. Ut e. g. quidam habens ex fratre duos, & ex fo-  
rore pariter duos nepotes, testamentum solenne condiderat,  
in quò nepotes ex fratre hæredes ab ipsò erant instituti, ne-  
potes verò ex sorore exclusi, eâ de causâ: quòd ad se perlatum  
esset, nepotes illos matrem suam, testatoris sororem, gravi  
affecisse injuriâ. Testatore defunctò, nepotes ex sorore li-  
tem hæredibus institutis moventes, & causam in testamento  
expressam esse falsam, & testatorem dolosis ac fraudulentis  
nepotum ex fratre delationibus permotum ita disposuisse,  
probarunt. Quæsitum nunc est de testamenti validitate. 32  
Et respondent Dd. testamentum non valere, si probatum fue-  
rit causam fuisse falsam: cum causa finalis falsa vitiet actum,  
§. 31. in f. J. de legat. l. 17. §. 3. ff. de condit. & demonstr. c. cum  
contingat 24. X. de rescript. B. DN. FRANTZK. add. §. 31. in f.  
Quia ergò exclusio non est facta simpliciter, sed præsupposi- 33  
tivè, np. quia hoc ita factum est; quòd cum se ita non habet,  
nec dispositio obtinebit. c. si Papa. 10. de privileg. in 6. Clem.  
8. si summus 4. de sentent. excommun. ALEX. cons. 126. lib. 5. A- 34  
ctus enim exclusionis, cum immediatè causam, quæ verè fuit  
principale fundamentum, quò motus fuerit testator ad sic  
disponendum, adeoque attendenda est. l. 77. §. 2. ff. de leg. 2.  
subse.



subsequatur, est omnino correspectivus ad istam causam præcedentem, quapropter separari non poterunt. BALD. in d. l. petens. C. de Pact. DEC. cons. 373. n. 13. PANISCHMAN. lib. 2. q. 21. n. 75. & 77. Hæredis institutio vel in specie ita dicitur; vel substitutio, quæ nihil aliud est, quam secundi vel ulterioris hæredis in locum instituti certis casibus deficientis institutio pr. J. h. t. Succedit itaque substitutus in eâ tantum parte, in quâ Ipsum testator ex continenti conscripsit. Rem illustrabimus exemplo. Scilicet Titius filiam Sejam ex florenis 300. hæredem fecit dandis, cum nuberet: deinde hæredes ex asse scripsit Cajum & Sempronium filios invicemque substituit. Ambobus sine liberis decedentibus Sejam filiam, hæc liberos non suscipiente, Mæviam, testatoris quoque filiam, substituit. Patre vitâ defuncto, diem Seja impubes obiit supremum, superstitibus fratribus Mæviamque sorore; quæritur nunc, utrum substitutio Sejæ adscripta, purè facta videatur Mæviam commodo? In casu præsentis ex Cravetta petitio tres occurrunt gradus substitutionum à testatore facti: prior est inter hæredes; alter de filiâ, hæredibus extinctis absque liberis: tertius ad Mæviam refertur, Seja sine liberis defunctâ. Hi gradus, quia se ipsos contingunt, intervallò non accedente, ideò & ipsæ substitutiones ex continenti conscriptæ unâque conjunctæ mutuam habere rationem correspectivæque censentur, alteraque propter alteram interposita intelligitur. BALD. in d. l. petens. C. de Pact. ALEX. cons. 75. col. pen. lib. 2. Quoniam autem ex correspectivis unum sine alterò stare non potest, per reg. 3. supr. all. idcirco substitutione Sejæ peremptâ æquum est, & substitutionem Mæviam perire: Seja enim testator eò substituit, quod ad fratrum bona ipsa admitti posset, & apud descendentes ejus bona permanerent. Coeterum in animo testator non habuit Seja substituere, si fratrum bona ad eam non venissent: aliàs enim in ipsâ Seja institutione Mæviam fuisset instituta, non in substitutione hæredibus ex solido adscriptâ; hoc autem cum factum sit, substitutio non debet referri ad institutionem ex 300. fl. in oratione distantem perscriptam: cum ad proxima in dubio relatio



relatio habeatur, l. 11. in f. *juncta glosa ff. de Jdikt. l. 1. §. fin. ff. de  
postul. l. 1. in f. C. de lib. prae.* Et aliàs copulae praecipuum sit, 39  
qualitates conditionesque praecedentes (quod praecipue lo-  
cum habebit in substitutione in eadem oratione, unicoque  
contextu per continuationem adjecta,) ad sequentem dispo-  
sitionem referre. BART. in l. *Seje 20. §. Gajo. 2 ff. de instr. & in-  
strum. leg. & in l. in repetendu 63. ff. de leg. 3.* Quae conditiones  
sicut non evenere, ita substitutio eis apposita. l. 1. §. 1. ff. de Reg.  
Caton. l. *qui heredi. 44. in f. ff. de cond. & demonstr. CRAV. conf.  
393. n. 1. & seqq.* Substitutiones si sunt reciprocae, in qua sub 40  
unicam verborum conceptione plures instituti sibi invicem sub-  
stituuntur, BART. & alii in l. *Lucius 45. ff. de Vulg. & pup. subst.*  
VICENT. FUSAR. *tract. de subst. q. 254. n. 1.* censentur ad invicem  
respectivae, cum aequalitatem requirunt, l. *jam hoc jure. 4. §. 1. ff.  
d. t.* Et ita quando testator alterum ex filiis impuberibus 41  
invicem substitutis emancipavit, sicuti pupillaris extinguitur  
in emancipato, pariter non operabitur respectu retentorum  
in potestate. BART. in d. l. 45. n. 10. *ibiq. P. CASTR. n. 5. & A-  
LEX. n. 15.* Et hanc opinionem etiam communem esse dicit FU-  
SAR. d. l. 9. 157. n. 58. Nam in correspectivis si unum cessat,  
cessare debet & aliud *idem n. 59.* Testamentis interdum ac- 42  
cedunt legata, fideicommissa & Codicilli. DN. STRAUCH. *disf.  
10. th. 1.* Quando igitur testator legavit e. g. dotem non  
per viam legati simpliciter, sed in eam institutione, in qua ma-  
sculos admisit, & foeminas exclusit, eas dotari jussit; duo hi  
actus, exclusio scil. ab hereditate & admissio ad dotem, cum  
sint immediatè, unus post alium, facti, in eademque ferè ora-  
tione, censentur correspectivi, unus contemplatione alterius  
factus, ut tradit BALD. in d. l. *petens. C. de pact. DEC. conf. 606.  
n. 10. & conf. 636. n. 8.* Adeoque constare videtur, quod te- 43  
stator voluerit foeminas dotari earum contemplatione, & in  
compensationem exclusionis, quam de eis fecit à bonis suis;  
non autem contemplatione oneris, quò masculi descenden-  
tes adstringebantur filias suas dotare, prout ex DECIO arguit  
JOAN. ANT. MANGILIUS *tract. de Imput. & detract. quest. 21. n.  
47.* Fideicommissum, quod per interpositam personam 44  
E verbis



verbis precariis : *rogo, peto, volo etc.* §. *fin. 7. de sing. reb. per fideic. rel. l. 118. ff. de leg. 1.* relinquitur, est vel universale; vel particulare. Illud est, cum hæres rogatur alteri hæreditatem vel partem ejus restituere : *Vertrauliche Erblaffung oder Erbschaft.* DN. HAHN. *ad Wes. tit. de leg. & fideic. n. 8. verb:*  
45 *sunt enim ex æqua a legatis.* Relinquitur autem fideicommissum vel certis personis; vel cognatis proximioribus; vel in genere familiae, *l. fin. C. de V. s. l. 32. §. fin. ff. de leg. 2.* quod postremum etiam fieri solet per prohibitionem, ne res alienetur extra familiam. *l. 38. §. 1. 2. 3. ff. de leg. 3. l. 96. §. 3. l. 77. §. 28. l. 88. §. 15. de leg. 2.*  
46 De hoc ponemus casum. V. C. Titius, filiis hæredibus institutis, eos invicem substituit decedenti sine filiis, prohibendo eis ne bona sua alienarent. Sejus unus ex ipsis decessit, relicto Mæviò filio & hærede, ex cujus parte quaesitum fuit, an avita prohibitio fideicom. importaret, ita, quod de hæreditate sibi delatâ liberè disponere non posset? Et Resp. quod Sejo decedenti, Mæviò relicto, nullum fuit injunctum fideicom.; adeoque Mævius de eâ liberè disponere potest, neque censetur in portione dicti Seji gravatus aliquò onere fideicommissi. Nam licet dicto Sejo  
47 simul cum omnibus aliis filiis expressè injunctum sit fideicom. si decederent sine filiis legitimis & naturalibus; ista tamen conditio in Sejo, qui decessit relicto Mæviò filio suo, non habuit locum; & licet ipsa loquatur in numero plurali, tamen verificatur in uno, *l. 148. ff. de V. s. l. 101. §. 1. ff. de cond. & demonstr. l. 1. C. de condit. insert.*  
48 Et ita quia testator primò instituit filios hæredes, illosque invicem substituit; deinde per fideicommissum unicuique ex eis decedenti sine filiis alienationem bonorum suorum expressè prohibuit: talis prohibitio in continenti post substitutionem fideicom. immediate præcedentem, videtur facta respectu fideicom. substitutionis præcedentis; quia quando unus actus fit post alium in continenti, videntur correspectivi, & unus propter alium  
49 factus, *latè DEC. d. cons. 636. n. 8. ALEX. cons. 56. lib. 5.* Porro relinquitur fideicommissum vel purè; vel sub conditione.  
MAGNIF. DN. PRAESSES *EX. 36. n. 24.* De hac quaeritur:  
utrum



utrum hæres gravatus, qui ante restitutionem fideicommissi  
conditionalis dubio procul ad solutionem legatorum pure  
relictorum tenetur, casu restitutionis fideicommissi eveni-  
ente, Trebell. detrahat solum de bonis, quæ supersunt; an  
verò etiam de bonis legatorum, ita, quod etiam legatarii te-  
neantur contribuere in solutione quartæ Trebell? Prius affir-  
mant. BART. ET DD. communiter in l. Marcellus. 3. §. item Pom-  
ponius. 2. ff. ad Tctum Trebell. Et ab hac opinione commu- 50  
ni, ut nonnulli in contrarium eant, minimè receden-  
dum esse putat CRAV. conf. 16. n. 1. Nam cum fideicommissum  
sit conditionale; quid & quantum illius occasione debitum  
sit hæredi pro sua Trebell., inspicere debet tempus evenientis  
conditionis, quantum tunc sit in hæreditate; non tempus  
mortis testatoris, l. 6. §. 2. ff. de hered. instit. l. 1. ff. de Reg. Cat.  
l. 1. §. 4. ff. de Tct. silan. l. 104. ff. de cond. & demonstr. Acce- 51  
dit quod quarta Trebell. & fideicommissum universale dicantur  
& sint correspectiva, aut saltem Trebell. correspectivite-  
tur ad ipsum fideicommissum, quia, cessante fideicom. uni-  
versali, non est dare quartam Trebell. MAGN. DN. PRAESES  
Ex. 36. n. 12. sed ea, quæ sunt correspectiva, non debent di-  
verso jure censerì, l. 29. §. 1. ff. de Minor. l. fin. de Accept. diverso  
autem jure censerentur, si fideicom. ob quartam Trebell.  
minueretur considerando vel computando in quartâ Trebell.  
etiam alia bona ultra bona fideicommissi. CRAV. conf. 16. n. 4.  
Post ordinarium succedendi in hæreditatem defuncti modum 52  
restat annectamus extraordinariam sive anomalam successio-  
nem, ex pactis scil. successoris s. conventionibus de hæredi-  
tate viventis, quæ moribus subsistunt, MAGN. DN. PRAESES  
Ex. 6. th. 6. th. 44. inf. & Ex. 38. th. 46. & dividi solent in ac-  
quisitiva, cujusmodi sunt: (1.) pacta conjugum de futurâ suc-  
cessione, Ex. 30. th. 19. (2.) pactum unionis prolium Ex. 3. th. 66.  
(3.) pactum confraternitatis (ErbVerbrüderung) & pactum  
ganerbinatûs (BanErbSchafft.) Ex. 38. th. 47. conservativa; di-  
spositiva; & renunciativa, de quibus. MAGN. DN. PRAESES 53  
d. Ex. 38. th. 48. & seqq. Ad hoc ultimum pertinet, si filia, ac-  
ceptâ dote, paternæ renunciât hæreditati; vel filius acceptâ  
v. c. donatione propter nuptias; vel certa quantitate in favo-



rem fortè primogeniti pro conservando familiae splendore  
hæreditate reliquâ se abdicat. DN. CARPZ. 2. c. 35. d. 8. & 9.  
54 Hæc igitur pacta, cum diverso jure non possint judicari, ne-  
que unum sine altero consistat, quàm maximè censentur cor-  
55 respectiva; & à quibus licitè discedere neutri paciscentium  
integrum erit. Coeterum hîc nota, quod promissio facta  
de hærede instituendo non obliget promittentem, quo mi-  
nus voluntatem suam mutare possit. MAGN. DN. Richter/  
dec. 26. n. 8. ubi hoc ipsum etiam procedere docet in ejusmo-  
di promissione: si hoc vel illud feceris; constituam te hære-  
56 dem. Nemo siquidem obligatur, etiamsi alter ex suâ parte  
conventionem adimpleverit, eò, quòd ambulatoria sit vo-  
luntas defuncti usque ad vitæ supremum exitum, l. 4. ff. de  
adim. vel transf. leg. & testamentum post mortem testatoris de-  
mum confirmetur c. cum Marthæ 6. §. si tunc X. de celebr. Misf  
57 SCHNEIDEVV. ad tit. de testam. Ordin. in pr. n. 8. Et tandem,  
quòd in hujusmodi actibus liberis atque ex mero disponentis  
arbitrio dependentibus, nemo sibi legem possit imponere,  
à qua non liceat recedere, d. l. 4. ff. de adim. vel transf. leg.  
PETR. WESENB. cons. 15. n. 57. Hæc de Juris in re speciebus.

### CAP. III.

DE

## Obligationibus & Contractibus Correspe- ctivis in genere.

SEquitur nunc jus ad rem, actionem personalem producens,  
cujus nomine veniunt Obligationes, quæ sunt vel ex con-  
ventionione; vel ex delicto, §. fin. j. de Obl. MAGN. DN. PRAESES  
1 Ex. 48. th. 3. Conventionis vocabulum sumitur vel genera-  
liter, quatenus tanquam genus omnes contractus, transactio-  
nes, & si quæ sunt similia promissa & conventa, complectitur,  
sive *ανάλλογνα* contineant, sive non contineant; sive rem  
transigant, sive non transigant, l. 1. §. 3. verb. *contrahendi*  
transigendique causa ff. de Pact. Vel specialiter pro pacto sive  
2 conventionione de negotio Civili; quæ est vel pactum in specie  
ita dictum; vel contractus, d. l. 1. §. 3. & 4. ff. de Pact. Ante  
verò,



verò, quàm ad contractus accedamus, pauca quædam de  
transactioe, quam in sua latitudine conventio comprehen-  
dit, hac occasione sumus dicturi. Sciendum igitur, quod 3  
quando quis non servat transactionem in eò, quod debet vel  
promisit, ei non est servanda in aliò, quod ratione illius de-  
betur vel promissum est, v. c. si agebam contra te rei vindica-  
tione ad fundum, inde venimus ad transactionem, in quâ  
tibi promittenti decem & ego promisi desistere à lite, nec  
amplius agere; ista propriè est transactio, l. 3. C. de repud. he-  
red. si igitur tu non servas ex parte tuâ, quia non das decem 4  
ego non teneor servare ex parte meâ; sed possum ad primæ-  
vam redire actionem. Et si mihi opponas exceptionem pa- 5  
cti vel transactionis, replicabo de fide ruptâ sive de non im-  
plemento, ita intellige l. 28. C. de transact. l. 21. C. de Pact. Fa- 6  
teor tamen hîc, quod si per stipulationem promissisti, possum  
agere ut des, & debeo tunc transactionem servare ad. LL. Item  
si capitula non sunt connexa & correspectiva; sed separata &  
diversa per se stantia: nam tunc per non implementum unius  
capituli non receditur à transactione. TUSCH. lit. I. concl. 50.  
n. 131. Ratio autem de eò, quod primò dixi, duplex est (1.) 7  
quia, cum tu promittis decem, & ego promitto non agere  
vel aliter desistere, in promissione meâ tacita inest conditio:  
si decem dederis; ut probatur l. 54. §. 1. ff. locat. cond. l. fin. C.  
de non num. pec. add. l. 13. §. 8. ff. de act. empt. vend. conditione  
autem istâ non existente, promissione meâ te non poteris 8  
juvare, l. 213. ff. de V. S. (2.) quia ex promissione meâ & tuâ,  
licet sint diversæ, resultat unus contractus, qui dicitur trans-  
actio, quæ non potest esse, nisi sit ultrò citròque obligatoria  
l. 38. C. de transact. Etenim licet aliud sit emere aliud ven- 9  
dere l. 1. ff. de rer. permut. ex his tamen duobus unus resultat  
contractus emtionis venditionis ultrò citròque obligatorius:  
cum venditio non possit esse sine emtione & contra, ut patet ex  
l. 19. ff. de V. S. Jam verò unus idemque contractus non debet 10  
claudicare nec diversò jure censerî arg. l. 23. ff. de usufr. Sed qua-  
litas hinc inde servari, l. fin. C. de fruct. & lit. exp. l. pen. comm. di-  
vid. Quapropter si tu non servas transactionem ex parte tuâ,



nec ego ex parte meâ servare teneor ; aliâs enim contractus claudicaret ; & cum sit unus ex tuâ & promissione meâ consistens, diverso jure censeretur , nec servaretur æqualitas , quod

11 tamen repugnat contractibus correspectivis. Aliud planè est, quando dictæ rationes cessant, & ex his duabus promissionibus non resultat unus contractus, sed plures, hoc est : quando promissio tua non fit contemplatione promissionis meæ, vel econtrâ, puta, si promisi non agere, tuque promisti id. ex causa donationis ; tunc licet non des, non tamen agam ; quia promissio mea est pura & diversa à tuâ, adeoque diversos contractus important. Diversorum autem diversa est ratio, nec de unô infertur ad alterum, arg. l. pen. ff. de Calumniat.

12 Præterea huc referri possunt ea, quæ in casu haud absimili tradidit B. DN. BERLICH. p. 2. decis. 175. quem idèò repetere hîc multum juvabit. Scilicet Thomas Lebzelterus cum suis Creditoribus 7. Maji anno 1618. accordavit, eiq; certa nomina delegavit, atq; alia promisit, in quò contractu transactionis creditores ex liberalitate ejusdem liberi nonnullas metallifodinas, nach Ablauf der Receßgelder / donare promiserunt. Impensis igitur ex proventibus metallicis exsolutis, nach dem die Receßgelder abgelauffen / liberi Thomæ Lebzelteri metallifodinas sibi in contractu promissas petiere ; sed creditores exceptionem eis implementi non secuti objecerunt, pretendentes, patrem eorum multa in contractu promississe, sed nondum adimplevisse ; dubitabatur igitur

13 an creditores sint audiendi ? Et deciditur ibi affirm. ; tum quia debitoris promissum & metallifodinarum donatio pro connexis & correspectivis habentur ; correspectivorum autem planè ea est natura, ut non possint diverso jure censi. CRAV.

14 conf. 202. n. 13. tum quòd in contractibus correspectivis etiam à diversis personis celebratis propter minimum capitulum non observatum & non adimpletum, obstat agenti exceptio

15 implementi non secuti. JASON. conf. III. vol. 4. n. II. Atque ita etiam ad consultationem Wolff Lebzelteri des Aelteren und J. Schlauderbachens zu Leipzig non tantum Magnif. Scabinos Jenenses, sed JCtos etiam Wittebergenses mens. Oct. anno 1622. pronunciaffe testatur idem h. m. : *Habt ihr euch mit Thomas Lebzelter.*



Lebzeiten eurer Ansehung haben verglichen/ und seinen Kin-  
dern 26. Ruckes aufm Daniel Bertwerck zu Freiberg zu gewä-  
ren versprochen/ alles nach fernern Inhalt obangezogener trans-  
action. Es hat aber vorgedachter euer debitor seines Theils  
solcher Vergleichung keine Gnüge gethan/ in dem er euch die  
angewiesenen Posten nicht gewären/ noch von der Rechtsfer-  
tigung/ so vor den Gerichten zu Leipzig ventiliret wird/ und sich  
auf 1 1767. Bülden erstreckt/ liberiren können/ so seid ihr auch  
die dargegen seinen Kindern 26. versprochene Ruckes aus de-  
nen von euch angezogenen Ursachen/ daß die Kinder factum pa-  
rentis, von deme sie etwas erwarten wollen/ zu præstiren pflich-  
tig/ zu gewären und abzutreten nicht schuldig B. N. W. Ad- 16  
do tandem, quod in instrumento transactionis & dationis  
in solutum idem sit observandum; nam licet sint plures con-  
tractus, quia tamen in continenti sunt, dicuntur correspe-  
ctivi, nec unus sine altero esset factus. SURD. *cons.* 217. n. 19. lib.  
2. etiamsi in tractatu & conclusionem non fuerint omnia pa-  
cta conventa. TUSCH. *lit. C. concl.* 1043. n. 16. Nunc in spe- 17  
cie ad contractus, ad quorum essentiam constituendam ne-  
cessariò requiritur consensus, l. 1. ff. *de Pact.* ac in specie v. g.  
emt. venditionis consensus de certâ merce pro certô pretiò  
tradendâ initus, §. 2. J. *de Emt. vend.* qui tamen consensus non  
erit ipsa ratio formalis, seu pars quædam rei constitutæ, con-  
tractus scil., essentialis, intrinsecè ipsum constituens: sic enim  
transeunte consensu cessaret contractus; sed causalitas potius,  
per quam ipsi contrahentes in actu secundo constituuntur, &  
formaliter sunt causæ arg. l. 19. ff. *de V. S. l.* 30. ff. *de R. J. pr. J.*  
*de Obl. ex cons.* Nota hîc: quòd in contractibus correspe- 18  
ctivis, de quibus impræsentiarum, consensus etiam possit ad-  
hiberi ex intervallo; quòd tamen intervallum minimè vitia-  
bit, nec erit impedimento, quò minus dicti contractus ita  
celebrentur & perficiantur. ALEX. JASON. P. PARIS. *in l. 1. §.*  
*qui præsens.* 1. ff. *de V. O. per l. si stipulor.* 53. §. ult. ff. *eod.* ubi post  
gloss. omnes istud tenent, exceptâ stipulatione & aliis illi si-  
milibus, eâ ratione, quia si durat consensus & non est revo-  
catus, adest voluntas simultanea, c. licet n. 7. *de procurat. in 6.*  
Con-



- 19 Contractus sunt vel nominati vel innominati: nominatorum alii sunt *μονόπλευροι* seu unilaterales; alii *δίπλευροι* seu bilaterales, quos nonnulli volunt describi à *Labeone* in *l. 19. ff. de V. S.*
- 20 scilicet quod sint contractus ultrò citròque obligatorii. Hi iterum duplicis sunt generis: aliorum enim hæc est natura, ut unus principaliter, alter verò ex accidenti & secundariò obligetur. Alii verò ita se habent, ut ambo contrahentes sibi invicem ad quid præstandum æq; principaliter sint obligati, ut emtio, venditio, locatio, conductio. *MAGN. DN. PRAESES Ex. 19. th. 6. JOAN. DE DICASTILLO de Just. & Jur. l. 2. tr. 3. disp. 1. n. 401.* Et hosce nunc contractus *P. PARIS. in d. l. 1. §. qui præsens. 1. n. 14. ff. de V. O. per d. l. 35. §. ult. ff. eod. add. MOLINA de J. & J. T. 2. tr. 2. dec. 253. n. 2.* dicit correspectivos.
- 22 Semper enim quando plures actus vel contractus fiunt in continenti, eodem contextu, unus post alium videntur correspectivi atque unus propter alterum factus. *MAGNIF. DN. Richter in Tract. de Pact. lib. 27. n. 17.* Ea autem, quæ fiunt eodem die, locò, coram eisdem testibus, censentur facta eodem contextu, *BALD. in l. 1. circa fin. de Oper. lib. in l. pen. §. mulier circa fin. ff. solut. matr. JASON conf. 230. vol. 1. & contractus dicuntur correspectivi. BORGN. CAVALC. p. 2. dec. de contract.*
- 23 20. n. 4. Sic etiam plura pacta in eodem instrumento ante ipsius persecutionem adposita, sunt correspectiva, & in illis non est dare prius nec posterius. *CAVALC. d. l. dec. 37. n. 12.*
- 24 De hujusmodi ergò contractibus nota sequentia: (1.) quando contractus est correspectivus & ex unâ parte adimpletus, non potest esse locus poenitentiae, alterâ parte reluctantante. *BART. in l. juris gentium. 7. §. quinimò. 5. ff. de Pact. & l. cum mota. 6. n. 3. C. de transact. CAVALC. ibid. decis. 34. n. 12.* (2.) In contractibus h. m. ultrò citròque obligatoriis seu obligationibus correspectivis, is, qui vult sibi servari, debet & ipsemet alteri servare; cum in correspectivis unum insit alteri, & unò positò, ponatur alterum, sicut, sublatò unò, tollitur alterum, quâ de re egimus supra in sect. pr. c. 2. *KLOCK. T. 3. conf. 155. n. 81.*
- 26 Et actor, qui non implet pro parte suâ, non potest effectualiter agere. *l. 13. §. 8. ff. de act. empt. ubi BART ET ALII ALEX. in l. inter-*







instrumento pacis promisi te non offendere sub poena, & post-  
 ea tu offendas me, si ego te offendo, non culpabor de pace  
 fracta, nec committitur poena, BALD. & alii in l. cum proponas.  
 C. de Pact. BART. in l. cum pater. 77. §. libertu. 27. ff. de leg. 2.  
 FELIN. ad c. 3. X. de Jurej. add. l. qui cum major. 14. §. si libertus. 6.  
 ff. de bon. libert. ibi: ignoscendum enim est ei, si voluit se ul-  
 32. cisci provocatus. Et non dicitur fractor pacis, qui ex causâ  
 novâ offendit, BART. in l. aut facta. 16. §. causa 2. ff. de poenis.  
 Quinimò ipse provocatus secundò offendens poterit à primò  
 poenam petere, secundum BART. in d. l. 77. §. 27. ff. de leg. 2.  
 33. & in l. cum arietes 1. ff. si quadr. paup. sec. dic. Limita: nisi  
 utraque pars contravenerit & de prioritare non constet: nam  
 tunc exactio poenarum compensatur. per text. sing. inc. consti-  
 tutus. 7. X. de Poenis. Add. FELIN. d. l. n. 4. Coeterum hîc ob-  
 servandum est, quod propter minimum etiam contractus ca-  
 pitulum non observatum & non adimpletum, obstat agenti  
 exceptio in principali, & per hoc ipso jure impediatur poe-  
 nae commissio, adeoque licitum sit alteri contrahentium à  
 contractu resilire, l. 7. §. 6. ff. de Pact. JASON. cons. 111. n. 11. vol.  
 4. & cons. 116. eod. vol. n. 11. ubi etiam subdit hoc procedere,  
 si contractus fuisset juratus, per c. quemadmodum 25. de Jurej.  
 34. ABB. inc. pervenit 3. n. 3. Et tantò magis hoc dicendum ve-  
 nit, si exceptio non adimpleti (quam Dd. dicunt excep-  
 tionem litis finitæ & impedire litis ingressum, CRAV. cons.  
 127. n. 14. MENOCH. cons. 1. n. 165.) per partem opposita fue-  
 rit. ALEX. in l. filia licet. 12. C. de Collat. FELIN. in c. in tantum.  
 36. de Simon. JASON in l. Jurisgentium. 7. in pr. ff. de Pact. in l.  
 universa 4. C. de prec. imp. off. in l. admonendi 31. ff. de Jurejur.  
 Est enim ista exceptio: tu non adimplevisti; tam efficax, ut  
 ex latere tuo nunquam censeatur sublata; sed semper opponi  
 mereatur, etiam si statutum omnes excluderet exceptiones,  
 BALD. in l. ex praediu 5. C. de Evict. DEC. cons. 421. n. 1. SURD.  
 cons. 369. n. 32. SCHRAD. p. 2. Act. Brunsvic. cons. 5. n. 179. FREUN-  
 DEBERG. de Reser. morat. concl. 51. n. 99. CRAVETT. cons. 127. n.  
 35. 14. adeoque præcisa, ut etiam in minimo implementum fieri  
 requirat. SURD. d. cons. 369. n. 36. SCHRAD. d. l. cons. 2. n. 29. &  
 cons. 5. n. 185. JASON. cons. 208. n. 11. lib. 2. TUSCH. lit. 1. concl.  
 50. n. 33.



30. n. 33. & 101. PANTSCHMAN p. 1. q. 15. n. 13. cum non in parte,  
sed in totum implementum fieri conveniat, l. cui fundus 56.  
ubi BART. ff. de condict. & demonstr. TUSCH. lit. 1. concl. 50. n.  
67. FREUNDEBERG d. l. n. 101. & non dicatur factum, donec ali-  
quid superest faciendum, ROL. à VALLE conf. 56. n. 46. & conf.  
53. & 57. lib. 1. TUSCH. lit. 1. concl. 50. n. 66. Itaque defectus 36  
unius nummi sufficit, ut dicatur, implementum defuisse, & ut  
actor obtinere non possit, JASON in auth. qui rem C. de SS. Ec-  
cles. BARBOS. lib. 2. vot. decis. 62. n. 29. Quamvis verò ALEX. 37  
DEC. JASON & alii à TUSCH. lit. 1. concl. 50. n. 5. allegati di-  
cant hoc etiam procedere parte non opponente, quod ta-  
men an verum sit, hâc vice indiscussum relinquo. sed adde  
ROL. à VALLE conf. 33. n. 33. lib. 1. Tandem non sufficit acto- 38  
rem modò legitimò implevisse, sed requiritur insuper, ut  
hoc liquidetur & constet judici de implemento ejus. DEC.  
conf. 421. n. 6. ALEX. conf. 66. n. 24. lib. 6. & conf. 222. n. 18. lib.  
2. TUSCH. lit. 1. concl. 50. n. 4. & 31. Vel is, qui agit & niti-  
tur ex contractu correspectivo ac prius exequi prætendit,  
docere seu ostendere inprimis debet, se ex parte suâ adimple-  
visse. l. 13. §. 8. ff. de Act. emt. l. 54. §. 1. ff. loc. LUD. POST. decis.  
Rot. Rom. ad tr. mand. de manuten. dec. 58. n. 16. BARBOS. l. 2. V.  
D. 62. n. 29. Sicuti igitur iste, qui agit ex contractu, debet 39  
prius adimplere pro parte suâ, aliàs repellitur exceptione  
non implementi, dd. LL. ita qui convenitur, ut contractum ad-  
impleat, & implere recusât, tenetur pati rescissionem illius, &  
accepta restituere, l. 17. ibi: vel pacto stari vel data restitui l. 40.  
ibi: aut subsecutis. C. de transact. Et hoc, quod diximus, et- 40  
iam tenendum est in contractibus correspectivis, in quibus  
plura capitula in unam congregantur obligationem, unum-  
que fit contemplatione alterius. BRUN. conf. 48. col. 2. ROL. à  
VALLE conf. 69. vol. 4. n. 45. Vel quando conventiones v. g.  
inter Titium ex unâ & Sejum ex alterâ parte sub certis con-  
ditionibus vel cum certis pactis contractui annexis inita, ex  
naturâ suâ reciproca sunt ultròque citròque obligatoria.  
per l. 19. ff. de V. S. l. 17. C. de fid. Instrum. §. pen. verb. contra-  
hendarum V. de divis stip. & consequenter individua, ita ut in 41  
totum vel approbari vel reprobari debeant: aliter enim par-  
tes non convenissent. l. 34. §. 1. ibi: scilicet cum manifestum erit,



non nisi omnes quem emiturum vel venditurum fuisse. ff. de adil.  
edict. l. 16. vers. sed verius. ff. de admin. & peric. tut. l. 46 pr. v.  
42 nam non accepisset. ff. de solut. Datâ igitur inobservantiâ in  
unô capitulô, ipsa conventio redditur nulla, ROL. à VALLE  
cons. 69. vol. 4. n. 43. ubi cum CASTRENS. ita dicit: quod si pacta  
in quibusdam non fuerunt servata, sed violata, nec alter servare te-  
netur conventa, & quod non valet dicere, quod id procedit, si in  
nullo fuissent servata; quia etsi in unô servata non fuerunt, verum  
est dicere, pacta non fuisse servata: quia quando ratio sumitur in  
universo, si in unô est falsa, reputatur in totum falsa. l. 13. §. 3. ff.  
de Reb. dub. non enim possunt dici pacta servata, si in unô fuerunt  
violata, quia duorum contrariorum hæc est natura, ut ad positio-  
43 nem unius sequatur destructio alterius. Etenim omnes conven-  
tiones in contractibus adpositæ, sunt pars illius, l. 79 ff. de  
contr. emt. eique formam & legem imponunt, quæ ab utraque  
parte servanda venit, etiamsi solam causam contineant im-  
pulsivam, l. 7. §. 5. ff. de pact. l. 10. & l. 13. C. eod. l. 40. v. dice-  
bam. ff. de R. C. l. 72. ff. de contr. emt. l. 1. §. 6. l. 24. in f. ff. depos.  
l. 23. ibi: cum eâ conditione ff. de manumiss. l. 23. vers. sed hæc ita &c.  
ff. de R. J. Plura, quæ ad propositum nostrum referri possunt,  
congestit TUSCH. lit. 1. concl. 50. cui jungi possunt Dd. ab eo  
allegati. Descendimus denique ad

#### CAP. IV.

DE

#### Contractibus Correspect. in specie.

Quorum in numero censentur esse Emtio venditio, loca-  
tio, conductio per l. fin. ff. de Accept. ut & l. 35. §. ult. ff. de  
V. O. ALCIAT. T. 2. c. 15. n. 30. P. PARIS. in l. 1. §. qui presens 1. ff.  
1 de V. O. n. 14. Quantum igitur ad Emtionem Vendi no-  
tanda itidem veniunt ea, quæ in med. cap. preced. de Con-  
tractibus ultrò citròque obligatoriis adeòque correspectivis  
2 in genere diximus, scilicet (1.) venditori ex hoc contractu a-  
genti ad pretium semper obstare exceptionem rei non traditæ  
l. 13. §. 8. ff. de act. empt. BART. in l. si duo patroni 13. §. si quis  
juraverit 3. ff. de Jurejur. BALD. in l. si traditio 4. C. de act. empt.  
cum similib. ut tradit ALEX. in l. filia licet 12. C. de Collat. TUSCH.  
lit. J.



lit. f. concl. 50. n. 20. quia quando onus est intrinsicum actioni, debet prius impleri & offerri: dicitur autem intrinsicum quando venit ex eadem causa. BALD. per illum text. in l. filie licet 12. C. de Collat. DEC. cons. 421. n. 6. & quia is, qui petit pretium, re nondum tradita, videtur esse in dolo, l. 5. C. de Evidt. (2.) propter minimum etiam capitulum contractus emtionis non observatum agenti ob stare exceptionem in principali, adeoque ipso iure impediri commissionem Poenæ, ita notat ex BALDO JASON cons. 111. vol. 4. n. 11. Et hanc exceptionem rei non traditæ, quia procedit ex eodem instrumentò, Dd. etiam contra statutum, exceptionem contra instrumentum opponi, prohibens, admittendam esse perhibent, ut BART. in l. eum qui ita 56. §. qui ita 4. in f. ff. de V. O. ALEX. cons. 119 l. 1. DEC. cons. 421. n. 1. Fallit tamen hoc: si venditor constituit se tenere & possidere nomine emtoris; quia tunc facta censetur traditio. ALEX. cons. 27. n. 2. lib. 1. TUSCH. lit. I. concl. 50. n. 23. latius lit. C. concl. 785. Pari quoque ratione Emtor agens ad rei venditæ traditionem prius tenetur offerre pretium & ostendere, se illud solvisse, DEC. d. l. TUSCH. lit. I. concl. 50. n. 21. intellige: si fides de pretio non fuit habita. TUSCH. ibidem n. 59. Nam venditor pro uno etiam nummo pretii non soluto totam rem venditam potest retinere d. l. 13. §. 3. ff. de act. emt. BALD. in l. fin. C. Commod. ROL. à VALLE cons. 53 n. 22. lib. 1. TUSCH. d. l. n. 33. Non igitur hinc faciendum est cum iis, qui in contractibus nominatis propter solum consensum absque eo, quod agens impleat, actionem oriri contendunt, arg. l. 7. pr. ff. de Pact. Quamvis enim non negem, actionem à principio contractus nasci; nego tamen, dari ejus exercitium. Expresse siquidem textus in d. l. 13. dicit: offerri pretium ab emtore debet, cum ex emto agitur, & ideo si partem pretii offerat, nondum ex emto actio est; Ergo oblatio pretii quæritur à principio: quia qualitas adjuncta verbo secundum tempus verbi intelligitur l. 4. §. 1. ubi BART. ff. de nox. act. l. Titius 25. ubi BART. ff. de testam. milit. add. DEC. d. l. Ita licet vendens jura & actiones, & sic nomina debitorum, possit habere fidem de pretio quoad hoc, ut cessio valeat; interim tamen cessionariis non potest agere, atque sic non habet exercitium actionis,



nisi prius solvat pretium, prout notabiliter tenent BART. in  
l. per diversas 22. q. 13. C. mand. JASON cons. 111. n. 13. & 14. vol. 4.  
BARBOS. V. D. T. 2. lib. 3. vol. 76. n. 37. Similiter Emtor, si  
10 venditio est conditionalis, petens à venditore sibi fieri instru-  
mentum venditionis, nihil obtinere potest, nisi integrum sol-  
verit pretium, & pro parte suâ adimpleverit. Nec sufficit  
verbalis oblatio, sed requiritur actualis pretii oblatio &  
depositio. ALEX. cons. 39. in pr. l. 5. TUSCH. d. l. n. 65. Contra-  
11 ctui emtionis vend. quamplurimum solent adjici pacta, quo-  
rum unum si dependet ab altero, judicantur correspectiva, nec  
venditor sine illis censetur vendere, nec emtor dare pretium.  
BORGN. CAVALC. lib. 4. de Ult. Volunt. dec. 15. n. 2. Quin o-  
12 mnia pacta ista connexa dicuntur esse pars contractus, causa  
finalis, ipsique causam dedisse; proinde observanda erunt,  
cum aliàs ad ejusmodi contractum non venissent contrahen-  
tes, l. 79. ff. de Contr. Emt. CAVALC. p. 2. dec. 25. n. 41. & lib. 5.  
de delict. & quasi contr. dec. 36. n. 8. Quod eò verius est, si  
13 pacta in venditione fuerunt in corpore & unico instru-  
mento inserta; non verò ante vel post instrumentum  
posita perfectum CAVALC. d. lib. 4. de Ult. Vol. dec.  
22. n. 57. add. TUSCH. lit. C. concl. 1043. n. 3. Ad ea imprimis  
14 pertinet addictio in diem, de quâ tot. tit. ff. de in diem add. &  
pactum commissorium, t. t. ff. ad L. commiss. Intra coetera  
verò eminet pactum de retrovendendo, quò venditori conce-  
ditur potestas rem, cujus dominium in emtorem translatum  
est, pretiò resitutò redimendi l. 2. C. de pact. int. emt. & vend.  
Huic interdum adjicitur certum tempus, vel ut terminus à  
quo v. g. si dicitur: Hat ihm das Guht auf 10 Jahrlang zuge-  
schlagen; quo elapsò demum facultas redimendi competere  
incipit; vel ut terminus ad quem, (v. c. binnen zehen Jahr)  
seu post cujus lapsum non amplius integrum sit redimere. MA-  
15 GNIF DN. PRAESES Ex. 23. th. 43. & seqq. Et hoc pactum præ-  
cisè est servandum, d. l. 2. C. de pact. int. E. & V. Quia ven-  
ditor, qui vendidit cum tali pacto, non vendidisset rem, si  
credidisset Emtorem eam alienaturum in alium, taliter, quod  
ipsemet eam recuperare non posset, maxime verò, quando  
res alienata majoris esset pretii & valoris, ut præsumitur pro-  
pter



pter tale pactum retrovendendi in favorem vendito is adje-  
ctum, ob quod Emtor non vult dare veram rei aestimatio-  
nem, nisi liberè eam habeat; sed vult tertiam aut quartam  
pretii partem retinere, quæ pars pretii consideratur ad favo-  
rem Emtoris in remedio *l. 2. C. de Resc. Vend* BORGNI. CAVALC.  
*p. 2. dec. de Contract. 16. n. 17.* Deinde notandum est, quod 16  
hoc retrovendendi pactum etiam post tredecim dies scri-  
ptum, præsumatur correspectivum, ac in continenti fieri di-  
catur, dummodò ab initio conventum sit, ut illud fieret.  
CRAV. *cons. 151. n. 19.* TUSCH. *lit. C. concl. 1044. n. 5. & lit. 1.*  
*concl. 80. n. 10.* Contractum emtionis vendit. excipit Locatio 17  
conductio, quam alteram contractus correspectivi speciem per  
*l. 35. §. ult. ff. de V. O.* voluit esse P. PARIS *in l. 1. §. qui presens 1. ff. eod.*  
*n. 14.* In hunc contractum veniunt res, vel operæ à personâ præ- 18  
standæ: & quidem facta, (honestæ scil. MAGN. DN. PRAESES  
*Ex. 6. th. 44.*) quæ operâ expediuntur singulari, eaque aut  
mercenariâ, mercede ab initio ita constitutâ; aut in non  
mercenariâ operâ consistunt; quæ si excellentior seu quæ po-  
tius animò quàm corpore expeditur, ut docere, pro ipsâ non  
constituitur merces, sed salarium, vel honorarium solvitur,  
*l. 1. si mens. fals. mod. dix. l. 9. C. de Prof. & Med. lib. 10.* MAGN.  
DN. PRAESES *Ex. 24. th. 4.* In hoc igitur contractu quoties- 19  
cunque locator conventa non servat conductori, contra il-  
lum non potest agere. *l. 54. §. 1. ff. locat.* Scilicet si locator 20  
non servavit contractum pro tempore præteritò, non potest  
agere pro præteritò; si tamen vellet servare pro futurò, nil  
obstat, quò minus pro futurò agere possit; modò propter  
moram de præteritò conductoris non interfit, secus si inter-  
est, *l. 24. §. 4. ff. loc.* TUSCH. *lit. 1. concl. 50. n. 43.* Puta: si 21  
conductor in totum vel pro majori parte ultra dimidiam  
iusti pretii non observatur contractus, tunc non servans sibi  
restitui petere nequit: nam si non observatur in aliquo, di-  
minutio fieri debet pro ratâ, TUSCH. *d. l. n. 44.* Item: si lo- 22  
cator non observat pacta in contractu locationis apposita,  
aliaque in eo contenta, nec similiter conductor tenetur loca-  
tori observare, quæ promisit & e contra, *d. l. 54. §. 1. ff. locat.*  
Hinc est, quod ibi dicit JCTUS, quòd si inter locatorem fundi 23;  
& con-



& conductorem convenerit : ne intra tempora locationis ejus  
 conductor de fundo repelleretur invitus ; habeat talis conven-  
 tio de non expellendo intra tempora præfinita tacitam hanc  
 conditionem si colonus pensionibus paruerit , & ut oportet  
 24. coluerit. Nam hæc verba : & ut oportet , coluerit ; dicit  
 MOD. PISTOR. *conf.* 48. vol. 1. n. 2. pag. 518. col. 2. Weisen klär-  
 lich gnung aus / daß der Herr eines Gutes / so einem ein Gut  
 einhut / nicht länger zuhalten schuldig ist / denn so lange als der  
 jenige / dem das Gut eingethan / sich desselben recht gebraucht /  
 und seines Theils aus der Pacht-Verschreibung nachkommet /  
 sonst heist es : frustra quis postulat sibi fidem ab eo servari ,  
 cui fidem à se præstitam servare recusat per c. frustra 75. de R. J.  
 in 6. Daher denn auch die gemeine Rechts-Regel : frangenti  
 fidem fides frangatur eidem l. 21 C. de Pact. add. c. 3. X. de  
 25. Jurej. Ex quo insuper capitulò Dd. communiter hoc notant,  
 quòd Doctor , qui promisit certis temporibus legere pro cer-  
 tò salariò sibi solvendò , à lecturâ licitè desistat , si sibi non  
 satisfit in tempore secundum promissionem tempore obliga-  
 tionis factam : cum non possit conductor agere contra eum ,  
 nisi adimpleat contractum ex parte suâ d. l. 13. §. 8 ff. de act.  
 empt. l. 25. §. ult. ff. de edit. edict. §. 6. 75. de R. J. in 6. FELIN. ad  
 26. d. c. 3. X. de Jurej. Sed hîc dubitatur , an idem tempore , quò  
 non legit ex defectu solutionis non factæ , possit petere sala-  
 rium ? Et videtur quod non , quia ipsemet pro parte suâ con-  
 tractum non adimplevit per textus alleg. maximè verò per d. l.  
 25. §. ult. ff. de edit. edict. ita determinâsse ALBERT. DE ROSA  
 27. legit. FELIN. d. l. Verum eadem distinctione , quam ibi sub-  
 jicit Felinus , nodum hunc soluturus dico : aut potuit adim-  
 plere contractum , quia forsan pecuniis non indigebat ; & tunc  
 si intermisit , volens à contractu videtur recessisse : cum a-  
 28. ctione locati poterat salarium à conductore consequi. Aut  
 non legit , quia propter pecuniæ defectum non potuit stare in  
 loco , & satis putamus quod potuerit agere ad interesse d. l. 24.  
 §. 4. l. 33. ibi : qui operas suas locavit , totius temporis mercedem  
 accipere debet , si per eum non sterit , quo minus operas præstet ; ff. lo-  
 29. cat. ABB. ad c. 3. X. de Jurej. n. 4. Cæterum iis , quæ hæctenus  
 delibavimus , obstare paulùm videntur c. noli existimare 3. c.  
 23. q. 1.



23. q. 1. ibi: fides enim, quando promittitur, etiam hosti servanda est.  
6. quod Deo 4. c. 33. q. 5, ubi licet alter conjugum votum continentie da-  
tum rescindat, alter tamen id servare tenetur Item c. Innocens 23. c. 22.  
q. 5. ubi fides servata fuit illi, qui illam fraudulenter accepit. Enimvero 30  
vis horum capitulorum tanta non est, ut per ea quicquam nostræ  
sententiæ, in primis verò d. c. 3. X. de Jurej. decedat. Constat siqui-  
dem ex superioribus, quod duæ quandoque obligationes respec-  
tiventur ad invicem, ut v. g. promisi tibi certum quid, quia tu  
mihi aliquid aliud promisisti; & tunc si tu tuâ ex parte adimple-  
re cessas, non teneor ego servare ex parte meâ: atque hunc in mo-  
dum locutus fertur textus in d. c. 3. add. c. constitutus 7. X. de pœnis  
l. 21. C. de Pact. & d. reg. frustra sibi fidem etc. Huc etiam spectat, si 31  
obligatio mea respectu implementi fuit conditionata, puta:  
promisi pro te ire Romam, si dederis mihi centum; certè si dare  
recusas, non teneor, quia obligatio mea non purificatur nisi à  
tempore existentis conditionis, l. 213. ff. de V. S. §. 4. §. de V. O.  
Quandoque verò obligationes non sunt correlative, id est, non 32  
reflectuntur ad idem factum, sed ad diversum, quod patet ex ex-  
emplo cap. præc. n. 11. adducto: & tunc, unâ parte cessante, altera  
nihilominus tenetur, nec de specie ad speciem compensatio ad-  
mittitur, ut notant in c. 2. X. de pos. Hisce breviter repetitis, non est, 33  
quod nobis obloqui dicatur c. quid Deo 4. utpote quod loquitur de  
Continentiâ Conjugum promissâ Deo, quarum promissionum  
qualibet fuit simplex respectu Dei: unde licet unus à promissio-  
ne recedat, non tamen per hoc alter conjugum, qui purè itidem ac si-  
ne conditione promiserat, liberari censetur: nullâ enim conditio-  
ne rumpenda sunt, quæ sine ullâ conditione promittuntur, ut in c.  
un. c. 32. q. 8. Ad c. noli existimare 3. Resp. quod utique fidem, quæ  
ad certum actum hosti fuit promissa, servare conveniat, ex quo i-  
pse interim servat fidem Simili modo facebat c. innocens 23; loqui-  
tur enim de Juramentò, quod per fraudem quis simpliciter extor-  
sit. Abb. ad c. 3. X. de Jurej. n. 4. Hæc de contractibus, quos P. PARIS. 34  
per l. 35. §. ult. ff. de V. O. dixit correlative, dixisse sufficiant Su-  
peresset nunc, ut hisce subinde alios parum ab similes, ut e. g. socie-  
tatem, TUSCH. lit. C. concl. 1043. n. 20, nec non contractus innomi-  
natos, quibus quantum correlative illustrari possit, apertè fa-  
tis constat, annecteremus. Verum ne vel nimium hisce immoran-  
tes



tes disputantium limites, ultra quos jam tum nos constitutos, Lector amice, deprehendes, transgrediamur, plura addere consultum non videtur. Coronidis tamen locò adhuc notari velim distinctionem, quã Dd. contractus innominatos in non respectivos & correspectivos (correlativos seu reciprocos) dividunt. JASON in l. 7. pr. n. 9. de Pact. P. PARIS. in l. 1. §. qui presens 1. ff. de V. O. n. 14.

36 MOLINA de Just & Jur. Tom. 2. tr. 2. dec. 253. n. 2. Illos dicunt, quibus unus duntaxat contrahentium obligatur, ut quando quis nudò pactò quid promittit, ACCURS. in l. 1. de Obl. & act. Quod pactum nudum simpliciter fit & correspondentiam ac relationem ad aliud minimè habet, ut tradit JASON & P. PARIS. ad d. l. 1. §. qui presens, ff. de V. O. n. 14. Hos vocant, qui tendunt ad utrumque simul obligandum, de quibus in l. 5. ff. de prescr. Verb. l. 7. §. 2. ff. de Pact. Verum quia contractus, quos non respectivos vocant, jure civili ne quidem sunt contractus, sed pacta nuda; ideòque hanc distinctionem

37 38 rejicit DN. HAHN. ad tit. de Præser. Verb. & in fact. act. n. 2. Ut nobis tamen videtur, hæc distinctio originem potius debens glossæ, secundum quam Pactum etiam nudum appellare contractum innominatum hactenus consuevit, testante P. PARIS. in d. l. 1. §. qui presens 1. ff. de V. O. n. 14. tolerari suo modo poterit. Hæc itaque dixisse nobis sufficiant. Plura equidem eaque accuratiora addi potuisse & adhuc posse haud inficiamur; verum nobis ea, etiam si vellemus, prolixius persequi, quã ingenii tenuitas, quã alia sortis prohibet necessitas. Faxis itaque, Lector candide, ut amicã hæc intuearis fronte, & si quid in ipsã differtatione prætermisum aut aptè minus dictum sit, illud nequaquam vituperandum existimes; sed ingenii potius mortalis exiguitati ac imbecillitati humanæ, quæ naturaliter inest, hoc inscribas velim: quia omnium habere

memoriam, & penitus in nullo peccare Divinitatis magis, quam mortalitatis est l. 2. §. 14. C. de V. I. E.

**Gratiæ Deo Immortali immortales sunt,  
 Seculorum seculis!**



\*\*\*  
Carmina vis AUTHOR ? ferrem ; sed carmina ferre  
multa Labor solers officiumque verat.  
Vota cupis ? Quid vota iuvant inscripta pagellæ ?  
In coelum pro TE quin pia vota dedi.

*Præstantiss. Dn. Respondenti b. e. f.*

CHRISTOPH. PHILIP. Richter / D.  
Com. P. C. P. P. Fac. Jur. Ordin. & h. t. RECTOR.

---

Correspectivos actûs exponis, AMICE,  
Blandè TE foveat respiciatque Themis !

*Eximio Dn. Respondenti, erudite Dissertationis  
Autori gratulor*

GEORGIUS ADAMVS Struve / D.

---

CL. PERITISSIMOQUE  
VIRO- JUVENI,

DN. GEORGIO FRIDERICO  
SCHALLERO,  
Jurium Candidato dignissimo,

ab

Oratoria, Historiis, Politica egregiè instructo,

de

Materia ardua eruditè scribenti,

Famam faventem !

\*\*\*

INGENIO NULLI, NULLI VIRTUTE SECUNDUS,  
SCHALLERUS, PULCHRO TENDIT AD ALTA GRADU.

f.

GEORGIUS GOEZIVS,  
Moral. Prof. Ordin.



**W**ie fleißig und genau der Richter sey verpflichte  
zu sehen auf die Stück / so viele aufgerichte /  
Das zeige uns / werther Freund / sein wohlgesetztes Schreiben.  
Drum wird auch Themis Ihn den Purpur schuldig bleiben.

Seinem vielgeehrten Hn. Vetter setze dieses  
eifertig

Burchard Henrich Zilemann  
Grauenb. J. U. Ddus.

---

**H**aud parvum facinus, falso dignoscere verum  
Judicio mentis, cognitione rei.  
Facta probant SUPERI, faciunt majoribus ausis  
Culmina, quæ sequitur sedulitatis honos.

*Ita CL. Dno Schällero J. U. C. Amico suo honoratiss. de laudabili hocce edito specimine gratulari, omnigenamq, prosperitatem ex animo apprecari voluit*

C. E. Reichenbach J. U. Ddus.

---

**Q**uis sonus auditur? Noster SCHALLERUS amandus  
pro cathedra docto disputat ore suo.  
Nomen & omen habes, SCHALLERE. Sonabit Olympo  
nomen, si pergis sic resonare, tuum.

Præximio Dno Respondenti, Fautori & amico suo honorando, Cathedram Juridicam conscendenti, ita gratul.

M. David Sipach Eccl. Jen. Diae.

---

**I**sthoc ostendis scripto prudentis acumen  
Mentis & ingenii, suavis Amice, tui.  
Hac etiam in Cathedra declaras, quando parato  
Judicio solvis, quæ posuere Tibi.  
Perge via cœptâ, Themis & tua Patria solvent  
Pramia, quæ veniet gloria lausque Tibi.

*Eruditissimo Dno Respondenti, erudita Disputationis Autori, Agnato, Fautori & Amico suo venerando hac adjicere gratulabund. voluit*

M. Paulus Gottlieb Berlichius  
Poët. Laur. Cæsar.

FINIS.



Jena, Diss., 1666 S-2

ULB Halle 3  
004 371 291




f  
56.


Krit.











B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

N. J. C.

JURIDICA, 29.

ET CON-  
S CORRE-  
IVIS.

te Gratiâ

ORDINE IN ILLU-  
ANIS PERMITTENTE,

IDIO

DAMI Struben/

& Antecessoris in hac Uni.

konici, Facultatis Juridicae p. t.

riae Provincialis, & Scabi-  
lendidissimi.

ui aetatem venerandi.

DISQUISITIONI

ERICUS Schaller/

ringus

clō Ioc LXVI.

ctorum

nsuetis.

JACOBUS BAUHOFFERUS.

1666, 41<sup>a</sup> 20

18

19

